




BIBLIOTHECA  
UNIVERSITATIS  
CRACOVENSIS

586278

Mag. St. Dr.

*Ex Libris Hyacinthi Koscziuski*





V  
I  
M  
E  
P  
R  
I  
L  
D  
TYP

VINDICIAE  
INNOCENTIAE  
MARIANAE  
*PER*  
ENERVATIONEM  
PROPOSITIONUM QUADRAGINTA  
ILLIBATE CONCEPTIONI  
PRETIOSIMÆ  
DEI GENITRICIS  
*ADVERSANTUM*  
AUCTORE  
R. P. GEORGIO GENELL  
Societatis JESU Theologo  
LEOPOLI IMPRESSÆ 1725.  
NUNC  
CALISSII ANNO 1766.

---

Typis S. R. M. Collegii Societ: JESU.

VINDICIA  
KINOCENTIA  
MARIAE  
PROPOSITIONES  
PRETIOSISSIMAE  
584278  
Mag. Sc. De  
DILECTIONIS  
ADVENTUARUM  
AUTORE  
R. P. GEORGIUS GEMMELL  
Bogotensis IMPRENTA  
THEOLOGI ILLIBALIS  
CAROLINI ALEXANDRI

Lipsiar. M. Galli Societ. Jesu

Bib. J. 10  
1968 K 22: St. Or.

JLLUSTRISSIMO  
AC  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO DOMINO  
STEPHANO  
ZIELONACKI


JUDICI DEPUTATO  
TRIBUNALIS REGNI  
PROVINCIAE MAJORIS POLONIAE  
CAMERARIO POSNANIENSI

unà cum  
ASSERTIONIBUS THEOLOGICIS

D E D I C A T Æ

Annô 1766 Die 28. Junii.

Ex Libris Hyacinthi Nepocynski



I.

Vestrum perlustrans vacuum quis dicat ACERVUM?  
Altus quem meriti messis abunda replet.  
Tot meriti species, quot continet iste columnas,  
Omnia pro Patria, Legeque, Rege, DEO.

II.

MÆNIA precepsis monstrant stabilimen honoris;  
Excolit hoc virtus, roborat ista LEO.  
Addent ut spero Patriæ Fideique levamen,  
Nec Domui Vestræ quidquid obesse sinent.

\*\*\* O \*\*\*

JLLUSTRISSIME  
EXCELLENTISSIME  
DOMINE  
MÆCENAS  
AMPLISSIONE



*Uem nobis JLLUSTRISSIME  
DOMINE proponeremus fi-  
nem, cum unà cum Theologicis  
Thesibus MARIANAS etiam  
Reverendi Patris Georgii Gengell Societa-  
tis*

\*\*\* O \*\*\*

is JESU Viri Præstantissimi Vindicias Tibi  
potissimum à nobis voluiſſemus dicatas: ope-  
ræ pretium, opinor, est: Te consilii nostri ra-  
tionem, quo majore benevolentia complectaris  
hoc munus, ex nobis intelligere. Etenim  
præterquam quod ILLUSTRISSIMA  
ZIELONACCIORUM Prosapia & ampliſhi-  
mis in Republica honoribūs, & celeberrima-  
rum in toto hoc Regno Gentium CIELECCI-  
ANÆ, WALKNOWSCIANÆ, MIASKO-  
WSCIANÆ, BIERNACCIANÆ, JABKO-  
WSCIANÆ, GAŁCZYNSCIANÆ, KO-  
BIELSCIANÆ, PONIATOWSCIANÆ,  
MIERZEIEWSCIANÆ, KOMOROWSCI-  
ANÆ, KOWALSCIANÆ, BRZEZINSKI-  
ANÆ, KRAKOWSCIANÆ, MIKORSCI-  
ANÆ, SKRZYPINSCIANÆ, OLEWIN-  
SCIANÆ, CHEŁMSCIANÆ, SIEWIER-  
SCIANÆ, & aliorum innumerabilium Præ-  
stantissorum Nominum Consangvinitatibus  
inlyta

¶ 0 ¶

inlyta grande huic operi Theologico visa est  
allatura fuisse decus: præterquam quod messi  
huic Theologicæ, quam postremâ hâc anni  
scholastici parte colligimus, cum Acervo Tu  
o perquam eleganter conveniat. Illa, quâ in  
Amplissimo Vice Regiæ potestatis Conspicuus  
resplenduisti Theatro, illa, inquam: dignitas  
vel sola sufficeret, quæ nos in eam, ut Te  
hujus nostri Principem profiteremur operis,  
cogitationem induceret. Authoritate nam  
qué, authoritate profecto Magnorum atqué  
Sapientum Virorum qui aut Theses  
Theologicas præsertim, aut libros Divina  
rum continentes tractationem rerum in lucem  
emitimus, nobis est in primis opus. Ad ea  
nempè tempora: fatô quodam miserô & ca  
lamitosô Theologi devoluti sumus, quibûs non  
Heterodoxi tantum, verum etiam Orthodoxi  
vel sanctissima Religionis Nostræ dogmata,  
non jam refutandi, (qui enim hoc possunt?)  
sed

\* \* \* () \* \* \*

sed conviciandi sugillandique sibi Ius arbitrentur competere. Nihil jam hodie quibusdam tam in congressibus familiare, nihil tam super mensam frequens, quam autoritatem Ecclesiasticam, quam rigorem Divinarum Legum, quam arcanorum Scientiae Sapientiaeque Divinae consiliorum superbè rationes exposcere, condemnare cachinnis, maledictis proscindere; quin eò progressa est hominum istorum perveritas; ut etiam imperiti ac rerum omnium penè rudes Juvenculi totidem verbis, quot è Heterodoxo quopiam libello memoriter didicerint, veritatem Catholicam audeant impugnare. Et ut quisque est natu minor, rerum imperitiā rudior, temeritate & audaciā notior, eò in calumnianda sanctitate Religionis protervior.

Huic petulantiae ac temeritati cum  
præter Te JUDEX ILLUSTRISSIME  
quem opposuissimus, inveniremus neminem:

cum

❧ • ( ) • ❧

cum Tu solus maximè nobis Idoneus vifus  
es, Qui ineptæ Juventutis audaciam, &  
ætatis & superciliæ gravitate, imperitiam  
Sapientiæ, petulantiam injecto pænarum  
metu cohibere atquè refellere Sanctissimo-  
rum Religionis nostræ dogmatum reverenti-  
am asserere posses & constituere: æqui bo-  
nique credo consules VIR ILLUSTRISSI-  
ME nos cum Thesibus istis Theologicis &  
REGINÆ nostræ Vindiciis, cuius Te  
in primis esse Studiosum constat, ad authori-  
tatem, ad sinum, ad patrocinium Tuum  
velut tutissimum quoddam & munitissimum  
Asylum contra temeritatem, audaciam im-  
probitatemque configisse. Quod quia  
gratò, ut res ipsa loquitur, animò atquè  
liberali suscipis: quod nimirum religioni  
Tibi ducas, qui de hominibus optimè sem-  
per meritus es, non etiam de DEO atquè  
DEIPARA quoquomodo mereri: idem Tibi

JU-

❀❀○❀❀

JUDEX ILLUSTRISSIME opto,  
quod mihi certissima spe jam concepisse vi-  
deor, ut nimirum Idem ipse DEUS, Eadem  
qué DEIPARA, Quorum Honoris tam  
Studioſus es, Genus istud tam insignis ob-  
jequii Tibi Tuæque ILLUSTRISSIMÆ  
Prosapiæ quam uberrimis atqué amplissi-  
mis beneficiis rependant.

ITA PRECATOR.

ILLUSTRISSIMO ac EXCELLENTISSIMO  
NOMINI TUO

Addicissimus:

D. Michael GORCZYCKI

Præfector Congregationis Maxime.

-SC

ASSE RTIONES  
SCHOLASTICO DOGMATICAE  
THEOLOGIA

Ex Prima Parte Sancti Thomæ  
D E  
DEO Uno & Trino.

I.

**N**ON est DEUS solius insipientis in corde assertio est, verè Fidelibus autē DEUS est, seu existit non quidem per se quo ad nos Viatores simpliciter notum est, notum tamen quo ad se. Siquidem Teste D. Augustino Tract: 19. in Joan: Apprehenso hoc vocabulo Deus nonnisi insipiens potest negare Deum esse & ideo.

)1(

II.

I I.

**I**gnorari D E U S nequit positivâ invincibili ignorantia, cum Sacræ Paginæ Sap: 13. homines Deum ignorantes vanos & Rom: I. Inexcusabiles increpant. Nequè negativâ ignorantia invincibili; ait enim Job: 39. Omnes homines vident eum, unus quisque intuetur procul & Augustinus Serm: Dom: in monte cap: 5. Nulla est anima quantumvis perversa, quæ tamen ullo modo ratiocinari potest, in cuius Conscientia non loquatur Deus. Nisi fors ad breve tempus.

**A**udi Ifræél: Dominus Deus noster Deus unus est. Deut: 6. Videte, quod ego sim solus, & non est alius Deus præter me. Hæc est vita æterna, ut agnoscant te solum Deum verum Joan: 17 &c. &c. Infallibile Dei verbum est Politheistarum fragmenta enervans imo rationes naturales ea convincunt, probando Deum esse unicum, pluresqué impossibiles.

I V.

**E**X Divinarum Perfectionum numero etiam Scientia est; quâ Deus se & omnia extra se absqué errore cognoscit. non enim opinatur **D**ivinitas: inquit Augustinus Tract: 34. in Joan: Hæc

Hæc scientia quamvis entitate sua unica sit, ob terminorum tamen, quos cognoscit, numerum, triplex dici potest. Scientia Simplicis intelligentiae Scientia Visionis & Scientia inter utramq; media.

v.

**H**Ac videt universa, quæ sub conditione futura sunt vel non futura, utpote quæ sæpe numero Deus per Christum & Prophetas prædixerat, quemadmodum aptè de Tyriis & Sydonensibus refert S. Mathæus cap: II. de Davide liber primus Regum capite 32. unde elegantissimè pro ista scientia Augustinus loquitur, dum ait libro de Corr: & Gratia cap: 9. *Cujus Deus miseretur sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.*

v. i.

**N**ullæ Creaturæ beatiores sunt, quam; quas dum Deus amat, usqué in finem diligit, non diligit autem, nisi quas bene operaturas, & usque in finem perseveraturas noverat. *Quos enim præscivit, hos & prædestinavit, quia non ante prædestinavit, quam præscivit, sed quorum merita præscivit, eorum præmia prædestinavit D. Ambrosii lib: I. de Fide cap: 15.* est Judicium,

) 2 (

nobis

nobis autem non postremum argumentum  
Deum probabilius quemadmodum ad gloriam  
ut coronam, ita ad pñnam ut pñnam præde-  
stinare post absolute prævisa merita, vel demer-  
rita constituendi.

vii.

**T**Res sunt Personæ in Deo realiter inter se di-  
stinctæ cum unica natura, Spiritus Sanctus  
procedit etiam à Filio, Quare recte facta est  
additio in Symbolo *Filioqué* & debuit fieri.

Ex Prima Secundæ & Secunda  
Secundæ D. Angelici  
*Jure & Justitia.*

viii.

**C**reatura utpote essentialiter Serva DEI non  
potest per quamcunquē nobilissimam actio-  
nem acquirere Jus adversus Deum. Proinde  
implicat in Deo Justitia Commutativa.

ix.

**J**udici etiam supremo à deo circumscipta est  
potestas, ut capit is sententiam ferre nequeat  
in eum, quem testimonia publica probant no-  
centē, si revera constet aliunde esse innocentem.

Potest

Potest verò suam Jurisdictionem extendere in  
innocentem, si allegata probant nocentem, &  
punire paxis mere cœlibus, ita Bono publico  
postulante.

X.

**L**Ex Mosaica abrogata est quo ad præcepta  
cœrimonialia, & judicialia, in ipso puncto  
mortis Christi, àdeo, ut post Salvatoris mor-  
tem cessaverit omnino quo ad obligationem.  
An verò cessaverit etiam quo ad utilitatem  
litigant Theologî. Nos distingvimus cessare,  
quatenus continebât Sacra menta, non verò:  
quatenus continebat opera Religionis. An  
verò à puncto mortis Christi Lex Cœrimonia-  
lis statim cessaverit, his est inter Hieronymum  
& Augustinum. Primus dicit cœrimonias le-  
gales statim post mortem Salvatoris non solum  
fuisse mortuas, sed & mortiferas, ac proinde se-  
rio eas usurpare non licuisse, secus simulate;  
prout Paulum usurpare asseverat. Augustinus  
cujus sententiam sequimur, dicit: nequaquam  
Apostolis aut aliis Christianis usurpare licuisse  
cœrimonias legales affectu simulandi judai-  
sum, tametli concedat affectu compassionis,  
seu ad ostendendum cœrimonias illas non fu-

IIIIX

)3(

isse

isse malas, sed à Deo, profectas. Non est tamen Lex vetus abrogata secundum præcepta moralia, etiam quatenus tradita est Iudeis, si verba Legis præcisè spectentur, minæ & terrores, & pænæ temporales, quæ præceptis annexæ fuerant.

x i.

**I**mmeritò Valdenses & Anabaptistæ, quibus consentit Calvinus, negant Principibus esse potestatem condendi Leges civiles. Idcirco si quas ferunt, quæ verò Leges sunt, obligant in conscientia sive sub mortali sive sub veniali.

x i.

**L**eges Imperatoriæ esto obligare non videantur subditos, nisi prius factâ in singulis Provinciis promulgatione, ut quidam non absire autumant, tamen consideratâ rei natura hoc requiri minime volumus, cum sufficiat promulgatio in Curia Imperatoris, idemque cum disparitatem difficilius videamus, censemus planè de Legibus Pontificiis.

Ex Tertia Parte.

D E

*Incarnatione Filii DEL.*

xiii.

**I**ncarnationis per quam promissi Messiae adventum in humana carne intelligimus, integris quidem Novi Testamenti libris executione data ostenditur, Sed quoniam Gens, quæ Unctum Domini de gremio ipsa edidit, Dominum Eum suum esse non cognovit, nec Evangelio credit, tum ei Prophetas ipsos impletos pronimus. Et sive oraculum Patris Israel Gen: 49 v. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de Fæmore ejus, donec venerit, qui mittendus est. sive Angeli consolationem Danieli datam Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, ut finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & ungatur Sanctus Sanctorum Dan: 9. v. 24. spectamus, sufficiens utroque habituri sumus Incarnationis peractæ testimonium.

**H**Æc humanæ carnis in Deum assumptio, non fuit quidem necessaria absolute & antecedenter ad omnem suppositionem, factâ tamen hypothesi præstandæ ab homine condignæ satisfactionis pro peccato, nonnisi necessario unitum homini Deum esse dicimus.

x v.

**N**am cum injuria Personalis Deo per peccatum illata ceu Dei summi ac Infiniti Boni vilipensio ac dehonoratio omnem naturæ nostræ ordinem transcendat, clarum planè est, quod Persona humana utpote infinitè vilior injuriam Mæjestati Divinæ illatam secundum Justitiae æqualitatem compensare non potuerit. Consequenter necesse fuerat, satisfieri quidem ab homine, sed in Persona Divina Constituto.

x vi.

**I**D quod nos à Nestorio avocat docente terminatam sua subsistentia fuisse prius humanitatem, quam in Deum assumeretur. Quamobrem unam duntaxat, non duplicem Personam Christo tribuimus, nec Divinam in humana velut in Templo habitasse somniamus.

x vii.

**Q**uoniam verò Filius Dei atquè hominis, jam æqualem Patri, jam minorem se esse fatebatur, naturam in eo fuisse duplacet sine hæsitatione confitemur. Alteram Divinam quæ æqualis Patri, imo idem cum Patre dicitur. humanā alteram quā homo ut Patre minor constituitur.

XVIII

10

**A**d hujus autem Suppoliti, Naturā Divina, non  
minus atqué humana instructi unionem,  
cū Virgo Immaculata Materno ex munere  
servicerit, Deumque & hominem de propri-  
is visceribus ediderit: Iuste illam Deiparam sa-  
lutamus contra Nestorium.

XIX.

**A**d duplēm porrō DEI & hominis naturā  
duplex sequitur in Christo voluntas. Pa-  
rum igitur sapiens est, qui unicam cū Mo-  
nothelitis in Theandro voluntatem, confusas-  
qué vult naturae duplicitis vel operationes, vel  
proprietates. Aberrat quoque, qui Honorium  
primum in suis ad Sergium epistolis Monothe-  
litis adnumerat.

**E**x Prima Parte & Prima secundæ

*De Angelis & Actibus humanis.*

**U**niversim Angeli, quo Superiores sunt eo  
per species universaliores intelligunt.  
Repugnat tamen Species impressa & expressa,  
universalissima, repræsentativa, clare & distincte

VIXX

omnium simul possibilium, nec non infinitorum objectorum sub eadem specie,

**Q**uamvis naturalium rerum cognitio Angelico intellectui sit debita, futura tamen, quæ à libero arbitrio pendent, nonnisi conjecturaliter cognosci possunt ab Angelis.

**L**iberum arbitrium convenient homini etiam in statu naturæ lapsæ, nec solum habetur pro statu naturæ lapsæ libertas à coactione & violentia, sed etiam libertas indifferentiæ ad opposita, quæ est libertas à necessitate. Imo hæc requiritur ad merendum vel demerendum pro eo statu.

**A**ctui tamen externo libero accidit libertas àdeo, ut possit intrinsecè invariatus è libero evadere necessarius, & è necessario liber. Idem asseveramus de actu interno imperato, si supponatur carere libertate formalí immediata, secus verò, si supponatur esse formaliter liber. Ex quo sequitur puram omissionem liberam repugnare.

xxiv.

**D**antur actus secundum speciem & ex objec-  
to, neque honesti, sed indifferentes, &  
probabilius dari potest actus indifferens etiam  
in individuo, idque non solum per accidens ex  
opinione probabili, quod non detur obligatio  
referendi signate omnes actiones ad finem vir-  
tutis, sed etiam per se; quatenus probabile est  
non dari hujusmodi obligationem semper ex  
amore honestatis.

**Ex Prima Secundæ Partis**

**D E**

**Gratia Divina.**

**R**epugnat creatura omnibus auxiliis Divinæ  
gratiæ consensura, aut etiam dissensura.

**I**n natura lapsa ac reparata per Christum  
omnibus omnino adultis per Baptismum  
justificatis, confertur defacto auxilium suffici-  
ens ad non peccandum, & ad salutariter ope-  
randum usqué ad viæ ac vitæ terminum. Ad-  
ultis vero infidelibus ac barbaris confertur au-  
xilium sufficiens ad credendum fide stricta

Deum Remuneratorem & ad Baptismum sal-  
tum flaminis suscipiendum. Obduratis etiam  
juxta opportunitates, quæ passim ocurrunt  
sufficientia Phylica confertur ad resurgentium,  
& salutariter operandum. Providit denique  
Deus Parvulis omnibus de sufficienti remedio  
ad salutem adeo, ut dici nequeat per Divinam  
voluntatem peccati vindicem stare, quominus  
Infantibus in utero Matris decadentibus Bapti-  
smus conferatur, ut salvantur. Ideoque bapti-  
sari debent Infantes etiam non nati ex utero,  
sed in utero, cum necessitas postulat, & Phylice  
ablui possunt.

xxvi.

**R**epugnat Divina Prædefinitio, quæ nullo há-  
bito respectu ad scientiam medium efficac-  
iter actum liberum intendat illum prædeter-  
minando, aut condeterminando. Physica si-  
quidem præmotio libertatem arbitrii evertit,  
quinimo destruit Conceptum gratiæ purè suf-  
ficiens in malè operantibus; ut proinde vari-  
cent culpā, dum peccant.

xxvii.

**D**ecretum etiam condeterminans vel liberta-  
tem evertit arbitrii creati, si ponatur inim-  
pedibile

im sal-  
etiam  
rrunt  
ndum,  
enique  
medio  
vinam  
minus  
Bapti-  
bapti-  
utero,  
hylice  
llo ha-  
effica-  
edeter-  
fica li-  
evertit,  
ure luf-  
de vaj  
bi en-  
ubust  
iberta-  
r inim  
dibile

pedibile, vel infrastrabilitatem Divinæ Volun-  
tatis, si ponatur impedibile.

XXIX.

**U**TROVIS autem modo ponatur formale pec-  
cati, non minus Deo imputaretur quam  
creaturæ, si uterque simultaneè ad illud deter-  
minaret.

*De SACRAMENTIS.*

XXX.

**I**N Sacramentis designandis Lutherus de mis-  
priv: Fidei & rationis transgressus limites, ut  
Angelis sive bonis, sive malis, id muneris & po-  
testatis adjudicaret, quod D. Chrys: lib: 3. de  
Sacr: nequé Angelis, nequé Archangelis datum  
esse asseruit.

XXXI.

**U**NDE & Sacramentorum Ministros ordina-  
rios solos homines rationis compotes, &  
(ut loquendi mos fert) viatores profitemur. Ita  
in iis, qui sive conficiendo, sive ministrando,  
*pro Christo legatione* funguntur, 2. ad Cori: 5.  
Nequé Fidei integritatem, nequé sanctimoniam  
vitæ ad Sacramenti valorem & efficaciam, mo-  
do cætera requisita adsint, deposcimus.

XXXII

*De quippe legi iniunctis. I. x. x. et. Divisione Veneris.*  
**I**n eodem, ut valide conficiat Sacramentum, requiritur intentio; non sufficit tamen in eodem intentio faciendi serio ritum externum, sive sensibilem illam cærimoniam, & actionem sacramentalem. Nec intentio interna non seria, sed jocosa simulata; sed requiritur intentio faciendi simpliciter, quod facit Ecclesia.

XXXIII.

**C**um per novæ Legis Sacra menta tanquam gratiæ instrumenta & signa omnem veram justitiam vel incipere, vel incep tā augeri, vel amissam reparari Trid: ses: 7. de Sacr: Fide tenendum sit: perspicuum quoquæ ac planum fit alia Sacra menta producere gratiā sanctificantem primam, alia secundam. Primi ordinis dicuntur mortuorum, & hæc ex fine primario per se gratiam primam operantur. Secundi autem ordinis appellantur vivorum, & hæc ex præcipua instituentis voluntate præstant gratiam Secundam. Hæc ut inter certissima habemus, minime tamen etiam ambigimus spectato fine secundario, & priora gratiam secundam, & posteriora gratiam primam per accidens efficere. *Sacra menta enim quævis non ponentibus obicem Conferunt gratiam.* Trid: ses: 7. can: 6.

XXXIV.

**N**On paucis sæculis antiquioribus tum circa materiam, tum circa formam Baptismi varius in errores sunt prolapsi. Nec Lutherus se ab eorum deliramentis satis removit, dum quidquid nomine balnei comprehenditur, apta Baptismo materiam in symposia coll: cap: 17. dixit: Eumqué quâvis verborum forma collatum, modo in Nomine Domini daretur, habuit ratum lib: de cap: Bab: cap: de Bap:

XXXV.

**V**Erum ut hæc veluti somnia ab Orthodoxæ Fidei veritate alienissima refugimus, ita materiam remotam Baptismi omnem & solam aquam naturalem, seu clementarem dicimus. Et cum hujus Sacramenti necessitas sit maxima, rectè ejusdem ministrandi potestas in casu necessitatis præcipue ad omnes simpliciter viatores extenditur, ut ejusdem valoris & efficaciæ nec sexus diversitas, nec Religionis discrimin adferat nocumentum; modo intentione ac more, quo Ecclesia cupit, conferatur.

*Ad M. D. G.*

Defendetur publicè à R. D. Michaële GORCZYCKI Praefecto Congregati  
onis maxima in Aula KARNOVIANA & ŁUBIENIANA Collegio  
Galissiensis Societatis Jesu,

1

A

N

Sed e  
dum  
habet.  
Georg  
Schola  
cieta  
agis;  
CEN  
repol  
energ  
venia  
conce  
polier

JO  
Apo

XXXVIA

Item p[ro]p[ter]e tunc sibi studiorumque litterarum q[ua]ntitate  
missi sunt, iudicantes fortunam p[ro]p[ter]e suam  
litteras in exteriori part[er]e. H[ab]et Tertius  
et ap[er]tus, q[ui]cunque latet, removit quin  
duplicem sonum per hanc communicationem, sed  
p[ro]p[ter]e litteras in exteriori part[er]e. C[on]tra, si  
dixit: Et[er]na d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s a[et]er[na]s f[or]mulae collis.  
Item modo in Nomine Domini delectori papas  
litteras sibi de cibis; gasp; cibis; ne p[ro]p[ter]

XVIIA

Item ut p[ro]p[ter]e aequali ratione sp. O[per]e  
Fidei, veritatis, diligenciam letitiam, ita  
christianis rationibus p[ro]p[ter]e omnium q[ui] possunt  
sociis distinctionem, non christianis q[ui] possunt  
Item plus distinctionem necessitas ut maximis,  
de causa eligendis ministris potuisse in causa ue-  
cessitatis distinctione ad omnem imbellitatem historias  
leges eligendis ministris potuisse in causa ue-  
cessitatis distinctione ad causam avionis q[ui] difficile nec  
conveniens, ut clarissim sibi videtur nec  
item difficultate sibi videtur ac modis  
duo Ecclesiis cibis; conseruare.

¶ IV D. C.

Diligentissimum p[ro]p[ter]e R. D. V. M. CORCHICHI ILLIUS CIBIS  
quae maxima ut Anna L. VOLVANA & EUBENIANA CIBIS  
cavillariae minima. ¶



## APPROBATIO.

**N**ON sine gravi fundamento, Sacratissimæ Virginis Immaculata Conceptio, quæ per Turrim David, in Canticis Cap: 4. figuratur, hucusq; etiam quandoq; impugnari solet. Sed ecce mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, dum millia millium Herorum suorum facilè computat & præstò habet. Inter quos quoniam Admodum Reverendus Pater Georgius Gengell SOCIETATIS J E S U, doctissimus Theologiae Scholasticae consummatus Professor, nunc Collegii Leopoliensis Societas J E S U Emeritissimus Rector, Eximium Propugnatorem agit; ideo Opus ipsius, VINDICÆ MARIANÆ INNOCENTIÆ intitulatum, magno labore, sedula lucubratione, & revolutione Auctorum, ac solida Contrariarum Propositionum enervatione percelebre, ut quantocius ad oculos legentium perveniat, necessitatem video & imponendi facultatem perliberenter concedo. Dati Leopoli, in Residentia D.D. Canonicorum Leopoliensium, 29. Julii. Annô 1724.

JOANNES THOMAS JOSEPHOWIC ProtoNotarius  
Apostolicus, Canonicus Leopoliensis, S. R. Majestatis Secretarius,  
Ordinarius Librorum per Archidiœcesim Leopoliensem, Censor.

FA-



# FACVL TAS

R. P. Præpositi Provincialis Societatis  
JESU per Poloniam.

Cum Opus, quod inscribitur VINDICÆ MARIANÆ  
INNOCENTIÆ, &c: aliquot ejusdem SOCIETATIS  
Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint,  
potestate mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Nostro Mi-  
chæle Angelo Tamburino, præfatae SOCIETATIS JESU Pre-  
posito Generali, facultatem concedo, ut Typis mandetur, si iis  
ad quos pertinet, ita videbitur. Cujus rei gratiâ, has Lite-  
ras manu mea firmatas & sigillâ munitas dedi Cracovie; 21.  
Maji, Annô 1724.

MARTINUS TRAMPCZYNSKI

m pp.



# PROLOGVS

**N**onus jam serè devolvitur Annus ,  
cùm dedi luci publicæ , Tractatum in  
quo luculentis Rationibüs ostendī, ad-  
mirandè esse erroneam Propositionem  
hanc; Sententia asserens B. Vir-  
gineim sine macula esse Conceptam,  
est Opinio contraria Veritati Scri-  
pturarum: ex eaqe infertur perni-  
ciosa sequela. Quam Propositionem, ab Anno 1704 dis-  
seminavit per Gallias & Belgium, quidam Congregati-  
onis Oratorii, [à Cardinali Petro Berullo, in Gallia re-  
gnante Ludovico XIII, fundatæ, & à Paulo V. approbatæ,  
Anno 1613] Presbyter Paschasius Parisinus, ut constat  
ex publico Decreto Humberti Gvilhelmi à Precipiano ,  
Archiepiscopi Mechlinensis, Primatis Belgii, lato adver-  
sus Paschasiūm, Bruxellis , in Palatio Archiepiscopali , Motiva con-  
ima Novembris Anno 1704. Nunc verò jam ultra quadra- scribendi  
ginta Propositiones, illibatae passivæ Conceptioni B. Vir- hunc librum.

Propositio  
Paschasi, il-  
libata Concep-  
tioni B.V.  
injuriosa.

A

ginis

2

ginis oppositas, placet convellere, & enervare, ad quod  
præstandum impellor, non modò obsequii exhibendi glo-  
riâ. illibatissimo Ejus Conceptui, sed etiam exsolvendæ  
appromissionis debito: utpote, quæ Amo superiore vale-  
tudinem meam, periculosisimè oppressam morbô, singu-  
lari beneficiâ erexit, servavit, servatq; incolument: ut  
maximum operæ premium fore existimem, aliquantum  
pro primo instanti, sine labe Conceptæ Virginis, labora-  
re, cui Servatrici, vita integrâ merito esset impendenda.

Accedit. Quod expedire videam, arma porrigere Le-  
ctoribus meis, ut si quando in eorum manus inciderent  
Auctores, quorum hic Propositiones refelluntur, paratum  
in promptu habeant telum, quod opponant, pro Ma-  
riano Conceptu strenuè certaturi, adversamq; aciem proster-  
nant. Serviet deniq; ut qui prælo subjicitur labor exi-  
guus; fortius eruditis mentibus imprimat pietatem in  
Beatissimâ V. Immaculatè Conceptam; quæ in primo  
sue Conceptionis instanti intaminatis fulget honoribus,  
etiam evidenti Rationum luce, juratis tantæ felicitati,  
animis innotescat.

Præcipui Au-  
thores Propo-  
sitionum, quæ in hoc libro convelluntur, fu-  
erunt præcipui Auctores, Cajetanus, Libellatores Romani,  
in hoc libro conveccuntur Neo-Castrius & Rhamnus.

Thomas de Vio, à Leone X. assumptus ad Purpuram,  
Anno 1517, Cardinalis Cajeta: vulgo, Cajetanus Cardinalis,  
appellatus sic: tum [ut vult Mireus, Possevinus, & alii]  
à Patria sua. tum quia sue Patriæ Urbis, quæ vocatur  
Cajeta, obtinuerat etiam Episcopatū. Vir fuit vastissimi In-  
genii, & magnæ eruditionis. Is Tractatum composuit

de

3

de Conceptione Beatae MARIE V. in quinque Capita  
divisum, obtulitq; illum Anno 1515. Leoni X. qui tunc  
Concilium Lateranense à Julio II. Congregatum conti-  
nuabat: ex quo Tractatu sunt sat multæ Propositiones de-  
sumptæ, quæ in hoc libro convelluntur. Scio equidem  
nonnullis [ut Hyppolyto Marraccio in *Vindicatione Cajetana*; Patri Schonleben in *Palma Virginea* Cap: 16] vi-  
deri, Tractatum illum non eſe Cajetani, sed alicujus  
minorum Gentium Scriptoris, qui illud Opusculum,  
sub amplissimo Cajetani Nomine, ad majorem applausum  
composuit, & imprimi fecit. Ratio citatorum Authorum  
est, quod dictus Tractatus plurimum recedat à Pruden-  
tia, Doctrina, Judicio, Pietate, tanti Viri, contineatq;  
falsas ac fictas Patrum allegationes. Verū, innume-  
ri penè classici Scriptores ac Theologi, Authorem indu-  
bitarium illius Tractatus testantur fuisse Cajetanum.  
Quod etiam ex hoc confirmari potest: quia itidem  
satis crudæ Propositiones, contra illibatam Concep-  
tionem, habentur in ejus Commentario in 3. p. Summe  
Sancti Thomæ. Quest: 27. Artic: 2. inter quas crudas,  
est & Propositio XV. vide infra.

Libellatorum Romanorum Nomine, intelligo  
eos, qui Anno 1646 conscriperunt & obtulerunt Libellos  
duos Eminentissimis Cardinalibus, pro abolendo titulo Im-  
maculatæ Conceptionis.

Neo-Castrius [qui obiit Anno 1506] scripsit in-  
ter alia, Tractatum, cui posuit titulum: De Veritate,  
Conceptionis Beatae Virginis. alterum Tractatum.  
De singulari puritate, & prærogativa, Salvatoris  
Domini Nostri JESU Christi. Item Librum in quo

ducentorum & sexaginta Sanctorum & Doctorum testimonia allegat pro Maculata Conceptione Beatæ Virginis. De hoc NeoCastrio Pater Raynaudus Tom 8vo. in libro cui titulus: *Pietas Lugdunensis &c.* ait: Neo-Castrius Falsariorum in allegandis Patribus atq; Doctoribus, Primicerius; homo tam projectæ audaciæ, ut etiam Scotum, quo nullus generosius, ac ingenirosius, pro pura Conceptione laboravit, numeret inter maculatores? Nec absimilia de eodem scriptit Catharinus & Velasquez.

Rhamnus, posterior fuit NeoCastrio, librum composit, cui titulus: *De Universali corruptione generis humani.* Utrumq; hunc Authorem non immerito Pater Raynaudus & alii, vocant: infrunitæ, in Conceptionem Immaculatam, maledicentia, facilè Principes. Nomina eorum propria, consultò reticeo, ob reverentiam Officiorum perhonorificorum, quæ uterque Romæ gessit: Si tamen sollicitè inquiras benevolè Lector eorum genuina Nomina & Officia: reperies illa apud Catharinum in Ejus libro de Conceptione, & apud Patrem Raynaudum Tom: 7. in Diptychis Marianis; & Tom: 8. in Pietate Lugdunensi, nec non apud Patrem Velasquez & alios.

Propugnatores eximiia pia Sententia  
P. Raynau-

dus & P. Ve-  
lasquez.

Frequenter allego Patrem Raynaudum, & Patrem Velasquez. Primus fuit Natione Gallus; Innocentius X. multis audientibus, de illo pronunciavait, peculiari eum Divino instinctu ad scribendum appulisse Animum; Alexander vero VII. in magno semper illum pretio habuit: Princeps Eruditonis & Sapientiae Compendium, passim appellatus. Ejus sunt 9decem Tomi sat

gran-

grandes in folio, Octogenario major, & multis clarus  
Virtutibus, Obiit Lugduni: Anno 1663. Pater Antonius  
Velasquez, Natione fuit Hispanus. Vir Politissimi In-  
genii, Humanioribus literis, ac Sacris apprimè excultus; Sa-  
crae Scripturæ in Collegio Salmanticensi pluribus Annis  
Interpres: postea moderatus est totam Provinciam Castel-  
lanam Apud Regem Catholicum Philippum IV. &  
Proceres Regni in summo fuit pretio. Obiit Madridi-  
ti Anno 1669. Ex his Authoribus, [quorum libri raro  
reperiuntur in Regno nostro,] multum me profecisse glo-  
rior, imò & multa me desumpsiſſe, non diffiteor.

Brevitatis & veritatis causâ, Sententia illa, quæ  
tenet Beatissimam Virginem sine labe esse Conceptam, de-  
notabitur semper à me nomine Sententiæ piæ. Op-  
posita verò nomine, Opinionis minus piæ: vel no-  
mine Opinionis rigidæ.

A pluribus longè melius, eandem materiam per- Nihil obest,  
tractatam esse non dubito. Ast quid exinde? Non omnia quod plurimi  
contemnenda sunt [verbis loquor Beati Hildeberti, anteā, eandē  
in Epistola ad Henricum Primum Regem Anglie] qui-  
bus multa possunt reperiri meliora: ex aqua, plures  
quam ex nullo, sitis ardorem extinxisse invenies.  
Nec propterea tacere debui: [Magni Augustini ore  
loquor, libro uno de Trinitate cap. 3.] quia non tam  
expeditè ac dilucidè, quam alii [in talibus rebus,  
quaestionibusq; versati] eloqui potui: neq; enim o-  
mnia, quæ ab omnibus conscribuntur, in omnium  
manus veniunt: & fieri potest, ut nonnulli, qui  
etiam hæc nostra intelligere valent, illos planiores  
non inveniant libros, & in istos saltem incident ide-

Opus utile est, plures à pluribus fieri, diverso stylo, non diversa fide, etiam de quæstionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa veniat, ad alios sic, ad alios autem sic. Respondeo item verbis Sancti Gregorii Nysseni, Oratione contra Usurarios. Semper cum grandioribus, visuntur nonnulla humilia. Nam oneraria m navim, quæc millenis, mercibus referta, à ventis hinc inde impellitur, sequitur exigua quædam cymbula, idem secans aquor; Virisq; Atletico more depugnantibus, eadem lege digladiantur & pueri. Addo. Hujus materia tantam esse dignitatem ac præstantiam, ut posteris etiam aliquid novi addendum supersit. Imò universalius loquendo: rarum librum nancisceris (nec meos libros inter rara monumenta repono) invenireq; postea queas, ita ad amissum conscriptos, aut conscribendos, ut omnino nihil sit, quod in illis desideretur. Quare juvabit plures in eadem materia conscribere, qui supplere possint in illis, quod in aliis desideres. Optarem tamen cum Lucilio, ne liber hic, à Doctissimis (suò solò iudicio) neq; ab indoctissimis, legatur: eò, quòd hi nihil, illi nimium sapient: Solenneque sit, [ut notat Sanctus Hieronymus Præfatione in Esdram,] quòd etiam doctissima Scripta carpant illi, quorum altum est supercilium.

Authoris de-  
siderium.

Prologum hunc meum, iisdem verbis quibus olim suum, ardentissimus propugnator hujus Mysterii, Reverendus P. Joannes Antonius Velasquez; Concludo: Accipe jam, o Deiparae immunitatis studiosé, meum donum, non quidem, quale volui, esset enim id elegans,

atq;

6  
sty-  
dem,  
aliros  
egorii  
gran-  
one-  
a, à  
quæ-  
letoico  
ur &  
itatem  
adden-  
m li-  
umen-  
e con-  
uodin  
mate-  
l in a-  
er hic,  
imis,  
Solen-  
one in  
nt illi,  
  
bus o-  
terii,  
ludo:  
n do-  
gans,  
  
atq

7  
atque eruditum; sed quale potui, nempe rude, & im-  
politum, ut habeas quod ignoscas.

Insuper Concludo Prologum Anagrammatibus,  
quæ (prætermisis aliis pluribus) eruta sunt ex his An-  
geli ad Beatisimam Virginem verbis.

## AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMIN<sub>9</sub> TECUM.

Tu unica Pura es, ô Magni DEI Mater alma.  
Dignare me, ut vi canam Te, ô pura à malis. *Anagramata.*  
Age, diva immaculata, inter omnes pura.  
I procul, i Satani, i à vera munda, & gemma.  
Pura unica ego sum, Mater alma DEI Nati.  
Deipara inventa sum, ergo immaculata.  
Procul angvis à me una Mater DEI Amati.  
Ruat angvis amare, immane Caput elido.  
Tota sine macula Adam, pure germinavi.  
Digna Mater JESU, & pura à macula omni.  
Alma Virgo ante casum Adæ permunita.  
Nivea Mater JESU, culpam ignorat Adam.  
Ita Eva secunda, malum ignorat primæ.  
Virgo est, ac præmunita in Adæ malum.  
Tanta Virgo, mere immunis à culpa Adæ.  
Deipara magna venit, morsu mali vacet.

Iram

Iram, maculamve Adæ, penitus ignorat.  
Purior Angelis, DEUM, unice amata, amat.  
Regina miré tuta à lapsu communi Adæ.  
Magna Deipara, unice tuta, e morsu mali.  
O Divam pure genitam sine atra macula.  
Tu magna, servata, à nece mali duri Pomi.  
En vacas multâ pomi, Regina Diva Mater.  
Adam & Evam in macula pure ignorasti.  
Virgo, à macula Adæ patenter immunis.  
Te puram, sine macula genitam, adoravi.  
Aula sum tota munda, ac Regina Empirei.  
Una paries DEI Natum: Ergo immaculata.  
Tu jure immaculata, o Magna DEI Parenſ.  
O Regina summe nitida, & pura à macula.  
Virgo plane munda, ac Mater JESU amati.  
Euge mali nescia, pura, munda, mira tota.  
Age Patrona Mundi, jure immaculata es.  
En Tu Immaculata es, nam Virgo Deipara,  
Lapsum, ac reatum Adami, nivea ignoret.  
O Divam ingenti macula præservatam!  
Mature nego in Deipara justa maculam.  
Jure negamus maculam in tota Deipara,

\*\*\*\*\*

\*\*\*

\*\*

# ELENCHVS PROPOSITIONVM

Ultra quadraginta, quæ in hoc  
LIBRO ENERVANTUR.

**D**ico. Ultra 40 Propositionum. Quandoq; enim  
hic sub uno numero, plures continentur Proposi-  
tiones; quarum singularum Auctores annotantur  
ibi, ubi encrvantur eorum Propositiones.

I.

**Q**uestio de Immaculata Conceptione B. Virginis,  
est plane inutilis, & nullius omnino momenti.  
*folio 17.*

II.

Non est B. Virginis prærogativa, aut verus Ejus  
honor, Præservatio à peccato originali. *folio 21.*

III.

Sententia, quæ tenet Deiparam Immaculatè esse Con-  
ceptam, Opinio est nova. *folio 26.*

IV.

Conceptio Immaculata, invictè expugnatur à Sacra  
Scriptura. *folio 29.*

B

V

V.

Nullus Scripturæ Sacræ textus afferri potest, qui faciat Immaculatæ Conceptioni Beatæ Virginis. folio 36.

VI.

Nullus Sanctus, nullus Illustris Doctor antiquus afferatur pro hac parte, scilicet, B. Virginem esse sinè labe Conceptam, nisi forte à falsariis. folio 42.

VII.

Conceptio Immaculata, à Doctrina Sanctorum omniū invictè expugnatur. folio 47.

Opinio vulgò pia de Conceptione B. Virginis, est cōtra omnes Sanctos Patres, & antiquos Doctores. fol: 47.

Sententia assertiva Immaculatæ Conceptionis, repugnat dictis ducentorum & Sexaginta Patrum ac Doctorum. folio 47.

VIII.

Constat, Sanctum Augustinum, & S. Anselmum, expressè docuisse B. Virginis Conceptionem fuisse maculatam. folio 51.

IX.

Divus Bernardus, illibatam Conceptionem B. Virginis, clarissimè impugnat. folio 56.

X.

Constat, Sanctum Thomam expressè docuisse, B. Virginem in originali labe Conceptam. folio 65.

Luxta

20

Iuxta Divi Thomæ Doctrinam, dicendum est, Sententia de Immaculata Conceptione, esse hæreticam. *ibidem.*

XI.

Dicere, quod Sanctus Thomas, & alii Sancti ac prisci Doctores, qui asseruerunt B. Virginem, cum originali peccato conceptam, si nunc viverent, dicerent oppositum; Glossa hæc, stultitia est; estēt̄ ita vera, quemadmodum verum est, quod si Christus nunc in terris conver saretur, mutaret Doctrinam Fidei suæ, ut conformaret se populis. *folio 78.*

Afferere, quod Sanctus Thomas suam de Conceptione B. Virginis mutaret Sententiam, si modò viveret, frivolum est, & sine fundamento conjecturare. *ibidem.*

XII.

Opinio tenens B. Virginem in instanti infusionis animæ, fuisse Sanctificatam, tempore S. Thomæ fuit inopinabilis. *folio 82.*

Ecclesia, tempore S. Thomæ, Sententiam vulgo piam tolerabat, sententiā autem ei oppositam, asserebat. *fol. 82.*

XIII.

Fateor, quod pia esset credulitas ista: videlicet sentire, quod B. Virgini, quidquid gratiæ, sub Christo tamen, conferri potuit, ad actualem munditiam à peccati macula, collatum est; nisi Sanctorum Authoritates obstarerit. *f. 85.*

XIV.

Bz

Opi.



Opinio, quæ negat B. Virginē sinē labe Cōceptam, in  
sinu Sāctorum, & Sāctorū Doctorū priscorū quiescit. f: 89  
XV.

Opinio tenens B. Virginem in instanti infusionis a-  
nimæ, fuisse Sanctificatam, hodie mulieribus, vulgo, af-  
fectuꝝ nonnullorum pio, multorum industriâ ac questu,  
cogentibus, ita prævaluuit, ut doctrinæ Sāctorum, æsti-  
mata pietas præferatur; & moderni, antiquis; & non San-  
cti, Sanctis præferantur. folio 91.

### XVI.

Assertio Immaculatæ Conceptionis fundatur in confi-  
ctis & somniatis miraculis. folio 92.

Miracula, quæ in causa hac afferuntur, pro muliercula-  
lis sunt. *ibidem.*

### XVII.

Miracula quæ suntr & prædicantur in favorem Con-  
ceptionis Immaculatæ, à Domino DEO permissa sunt  
patrari, ut errorem in Ecclesia nutriant. folio 106.

Sub hac Propositione, folio 107. & sequ. recensentur aliæ quinq; ex-  
crandæ Propositiones adversus Illibatam Conceptionē B. Virginis.

### XVIII.

Sanctæ Catharinæ Senensi revelatum est, B. Virgi-  
nem Conceptam esse in peccato originali. folio 108.

### XIX.

Sancta Catharina Senensis, in fine Orationis 16tæ, quā  
habu-

habuit Romæ, Annō 1317, dum esset in abstractione à sensibus, dicit, B. Virginem post Conceptionem suam à peccato originali mundatam. *folio 112.*

## XX.

Beatæ Brigittæ revelatum dicitur, B. Virginem præservatam esse ab originali peccato; sed oppositum est revelatum Sanctæ Catharinæ, quæ Majori fide videtur digna, quia Canonizata est, sicut Cæteri Sæcti: S. verò Brigitta, Canonizata est tempore Schismatis, quô nullus habebatur certus, & indubitatus Papa, à Bonifacio IX. *f. 115*

Revelationes, quæ (ut dicitur) pro pia sententia jaētātur, innötuerunt per infames, & malæ vitæ personas, atq; adeo, ab Angelo Satanæ transfigurante se in Angelum lucis prodierunt. *folio 119.*

## XXI.

Opinio vulgo pia, est nonnisi hominum è media plebe, lanariorum, talarium, Sutorum, & artificum. *folio 120*

## XXII.

Titulus Immaculatæ Conceptionis in Bullis adulteratis fundatur. *folio 125.*

## XXIII.

Sacra Inquisitio Romana, sub Urbano VIII tulit Decretū, in quo prohibetur vocari *Immaculata Conceptio*; sed jubetur solum dici, *Cōceptio Immaculatæ Virginis*. *fol. 126*

## XXIV.

14



Ex hoc, quod in Officio Conceptionis, in Breviarium inducto, dicatur *Conceptio Sancta*. non sequitur, Eam esse Immaculatam. folio 128.

XXV.

Ex eo, quod Ecclesia celebret Festum Conceptionis B. Virginis, non recte infertur, B. Virginē in primo instanti suae Conceptionis fuisse Sanctam & Immaculatā. f: 129.

XXVI.

Opinio de Immaculata Conceptione est etiā ex eo caccilandia, quia diffitetur Sanctificationem B. Virginis. f: 143.

XXVII.

Ex Consensu totius ferè Ecclesiae, approbativo Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, non sequitur, Eam sine labe Conceptam. folio 145.

XXVIII.

Ex Assertione Conceptionis Immaculatæ, inferuntur tres perniciosæ Sequelæ: imò erro es quadraginta octo contra fidem ex ea seqvuntur. folio 158.

Sub hac Propositione 28, à folio 158 & seq. recensentur alia Propositiones graviter erroneæ impugnates purissimam Conceptionē Deiparæ.

XXIX.

Concilium Florentinum definivit contrarium Sententiæ vulgo piæ. folio 164.

XXX.

Opinio de Immaculata Conceptione, debet esse probis Catho-

Catholicis suspecta, utpote quæ est approbata à Schismatis, in Concilio Basileensi, inconsulte ac temerare cudentibus, novam ac insolitam determinationem, in qua DEUS permisit Concilium Schismaticum errare, quia sine probatione præsumpsit definire, B. Virginem sine labe esse Conceptam. *folio 166.*

### XXXI.

Tridentini Concilii Patres non fuerunt docti, qui declararunt B. Virginem non comprehendendi, in illa Propositione universalis. Omnes in Adam peccaverunt. *fol: 170*

Sub hac Propositione folio 173, habentur etiam aliae detestandaæ Propositiones.

### XXXII.

Nulla affertur Ratio valida, imò nec ulla congrua, ut quis prudenter inducatur ad sentiendum, illibatam fuisse Conceptionem B. Virginis. *folio 174,*

### XXXIII.

Pontifices Romani in favorem illibatae Conceptionis, non dispositivè sunt locuti, sed recitative. *folio 186*

### XXXIV.

A Summis Romani Pontificibus, utraqꝫ Sententia in hac Controversia est ut probabilis declarata & confirmata. *folio 188.*

Hæc Propositio: *Improbabile est Deiparam in peccato esse Conceptam:* damnata est ab Alexandre VII *ibidem.*

### XXXV.


  
XXXV,

Officium Leonardi Nogarolis editum, in quo clarissime & pluries, Conceptio B. Virginis sine macula fuisse asseritur, non fuit Sixti IV Pontificis Authoritate munitum, sed privata cujusdam Doctoris pietate editum: jussu vero Pii V. expunctum est ex Breviario, ut sic Pontifex aliquomodo derogaret Cōceptioni Immaculatæ. f. 189

## XXXVI.

Juxta Pium V. Sententia de Immaculata Conceptione est minus probabilis, & minus fundata, & solida. folio 194.

## XXXVII.

Universus Celebris Ordo S. Dominici, acerrime semper impugnabat Illibatā Cōceptionem B. Virginis. f. 196

## XXXVIII.

In gratiam Immaculatæ Cōceptionis non sunt concessæ Indulgentiæ, timendum enim est, ne veritas Immaculatæ Cōceptionis videri possit definita, tanquam certa ex Fide, quod tamē Ecclesia hactenus non definivit. f. 204

## XXXIX.

Indulgentiæ concessæ nihil conferunt Opiniōni, de Immaculata Conceptione; hæ enim non sunt concessæ Opiniōni, nec Mysterio Cōceptionis, sed pietati Fidelium. folio 205.

## XL.

Non potest ab Ecclesia definiri, & inter Fidei Dogma ta constitui, B. Virginem fuisse Immaculatæ Conceptam. folio 206.

PRO-



## PROPOSITIO I.

Quæstio de Immaculata Conceptione  
Beatæ Virginis, est planè otiosa, ac in-  
utilis, & nullius omnino momenti.

*Ita Caratia de Ripalta, Tract: de Controver: circa  
Concept: B. V: Puncto 2do. Hispaniolus, & alii quidam.*

**R**everendus P. Alphonsus Salmeron, unus ex decem pri-  
mis Patribus Soc: JESU; qui & Concilio Tridentino,  
sub Paulo III. Item sub Julio III. ac sub Pio IV. ut Thec-  
logus Sedis Apostolicæ, interfuit: Obiit vero Anno 1585.  
Ætatis sive 69. Is Tomo 3. suorum Operum, in Commentariis  
suis, super Epistolam ad Roman: 5. Disput: 49. scripsit.  
Nullus ferè existit Doctor, aut Scriptor, à quadringentis Annis,  
qui hanc Controversiam de Immaculata Conceptione B. Virginis,  
non agitaverit. Cardinalis item Sforcia Pallavicinus, in  
Historia Concil: Triden: lib: 7. c. 7. ait: Pro Sententia pia,  
edita est ea librorum copia, quæ ad instruendam Bibliothecam  
abundè foret. Et Certè inter ferè innumeros Auctores, pro  
Immaculata Conceptione, conscripsere libros integrlos, S.  
Bernardinus Senensis (ut testatur oculatus testis, in libro

*Proposicio  
hec refellitur  
Primo, Au-  
thoritate  
multifaria.*

suo de Conceptione, Bernardinus de Eustis, S. Petrus Thomas, Patriarcha Constantinopolitanus, Ritus Latinus, Beatus Joannes de Capistrano; Nicolaus Brekspeare, Episcopus Albanensis, postea dictus Adrianus IV. Romanus Pontifex; Petrus Philargi Cretensis, Episcopus primum Novariensis, tum Vincentinus, & postea Archiepiscopus Mediolanensis, ac deum Papa Alexander V. Alexander Alensis, Praeceptor S. Thomæ, & S. Benaventuræ; Joannes Charlier (cognomento de Gerson) è pago eius nominis, in agro Rhemensi, natus Annō 1363) Celeberrimus Academæ Parisiensis Cancellarius; Joannes Fischer, Cardinalis, Episcopus Roffensis, & inclytus in Anglia Martyr. Nec non ex ipso Ordine celeberrimo Prædicatorum, Ambrosius Catharinus, Archiepiscopus Compensis; Vincentius Justinianus Antistius, Nicolaus Coiffeteau, Episcopus Massiliensis; &c. quorum libros hac in materia, si legas, crederes, te non Thomistas, sed Scotum aliquem, Conceptioni Immaculatae addictissimum legere. Itane tot, & tanti Viri, eximiae pietatis, Summae Eruditionis, ac doctrinæ, & limatissimi ingenii, otiosam planè, & inutilem, ac nullius omnino momenti Quæstionem tractasse, censeri prudenter possunt?

*Secundò, Ra-*  
*tione multi-*  
*plici.*

A S. Thoma Doctore Angelico, & ab iis, qui se Thomistas profitentur esse, nec non ab innumeris classicis aliis Theologis, censetur esse utilis Quæstio. An B. Virgo immunita semper fuerit à peccato Actuali Veniali? Et cur otiosa, ac planè nullius momenti censenda est Quæstio; An semper immunis fuerit à labe peccati mortalis originalis? Illane Quæstio planè inutilis, in qua agitur de super-excel-

*Per emendationem Propositionis I.*

19

excellenti B. Virginis puritate, atq; Christi Domini erga Matrem suam eximio affectu? ut patebit ex Responsione ad Propositionem Secundam.

NOTA Ex P. Raynaudi Tomo 8, ex libro cui Titulus: *Pietas Lugdunensis*. Baptista Hispaniolus, cognomento, *Mantuanus* (vivebat is Annō 1500) et si libro 1, *Partheni-Hispanioli censuratur Crisis.* ces Marianæ, cap. 6. collaudaverit piam Sententiam, & ei contraria perstrinxerit, tamen in Opere exarato, sub Leone X, (atq; adeò longè post Sixtum IV) de Sacris fastis Mensis Decembris, agens, de Festo Virginis Immaculatae Conceptæ, habet hæc.

*Duae veniunt ista in certamina sectæ,  
Nonnunquam magno impletos subsellia risu,  
Æquanimis autem volumus, si vera fateri,  
Vanus uterq; labor, pietas temeraria, præceps  
Religio, levitas velata Scientiae amictu,  
Nec natura potest, illuc extendere visum,  
Nec DEUS hoc docuit, nec re dependet ab ista  
Nostra Salus. Quæ nos igitur dementia torquet,  
Ut studeamus, in his, consumere litibus Annos?*

& infrà ait. *Hæc esse insomnia, & ridiculas gerras, pernicio-  
sa figmenta, Questionem stultam.*

Hæc Centuria Mantuana, limites Religiosæ modestiæ, debitæ moderationis & veritatis longè prætergressa est; ut patet ex dictis paulò suprà & ex dicendis.

Addo. In conspectu totius Sacro-Sancti Concilii Tridentini, & quidem illo approbante, illa Questionio, variis Concertationibus Theologicis, agitata est. Item Annō 1475, mandante Sixto IV. in Eiusdem praesentia, à Viris Sapientissimis, undequaq; advocatis, & conquisitis, tractata, est, in qua celebri Concertatione, adeo strenuum Marianæ

*In Concilio  
Tridentino, &  
coram Sixto  
IV, laudabili-  
ter Questionio  
de Imac: Cö-  
ceptione pro-  
figatur.*

immunitatis Propugnatorem, sese exhibuit, P. F. Franciscus  
Insüber Brixianus Ordinis Seraphici, ut commeritus fue-  
rit ab eodem Pontifice audire, *Tu es verus Samson*, quām i-  
pse appellationem, tanti fecit, ut deinceps de Samonis no-  
mine, vocatus fuerit. Gloriolissimè item eadē Quæstio-  
coram Pontificiis Legatis, & Universa Academia Parisi-  
ensi, proposita, & immunitas Deiparæ, à subili Doctore  
Scoto, etiam prodigiosè defensa, & victrix evasit, *Victorij*; ab  
omnibus proclamatus, exinde *Victoria* nomen retulit. Di-  
ctam proinde Quæstionem, inter planè otiosas Quæstiones  
reponere, saltim magna temeritate non vacat. Concedo,  
non dependere ab hac Quæstione, & ab assensu piaæ Sen-  
tentiae nostram salutem: sed inde minimè sequitur, Quæstio-  
nem hanc esse inutilem. Siquidem laude Dignissimum, &  
meritorium est, pro hac B. Virginis insigni satagere præro-  
gativa, quā B. Virginem fuisse condecoratam ipsemē DE-  
US videtur docere, per miracula & Revelations factas,  
communissimumq; sensum Ecclesiæ. Insuper id ipsum mul-  
tifariæ Rationes etiam naturales, infrà dandæ, comprobant.  
Conticescat proinde Cæli ac terræ Censor Erasmus,  
(sic eum non immerito appellant *Viri graves*, inter quos  
Catharinus) qui Universam Disputationem de Immacula-  
tâ Conceptione B. Virginis asserit esse de lana caprina, de  
re inquam nihil facienda, & studio concertatorum indi-  
gna. Spurcus Hæreticus verò Saceritus, & Calvinus Hæ-  
retarcha digni conspui. Primus enim ad initium sua  
Postillæ, ausus est scribere: Quæstionem hanc otiosis vén-  
titibus relinquendam esse: & Beata m Virginem non tantum

Con-

Conceptam esse, in peccatō originali, sed etiam Natam. Secundus verò in sua Harmonia super Caput 1. Lucæ, impudenter scripsit. *Non est magnopere laborandum, ut B. Virginem purgemos ab omni vitio.*

## PROPOSITIO II.

Non est Beatae Virginis prærogati-  
va, aut verus ejus honor, præser-  
vatio à peccato Originali. *Ita Bartholomae-*  
*us Medina, in 3. part. quest: 23. Art: 2. & alii.*

**P**remitto inq. Absolutè loquendo, potuisse B. Virgi-  
nem in ipso momento Conceptionis ita Sanctificari, ut peccatum Originale non contraheret. Ratio est. Tum quia, non tantùm potuisse, sed defacto ita factum fuisse, Patroni piaæ Sententiae asserunt, & evincunt Ratio-  
nes, quæ continentur sub Propositione XXXII, & alibi. Tum quia nulla assertur solida huius repugnantia. Quod enim dicitur, Christum alias non futurum fuisse B. Virginis Redemptorem; vel per id derogari dignitati Christi Domini; hæc non subsistere, patet ex dictis sub Propositione IV, & XXVIII.

Tum quia Cardinalis Cajetanus, & alii nonnulli, ex Oppugnatoribus piaæ Sententiae, non diffidentur, id potuisse absolutè fieri, sed tantùm id negant, defacto fuisse factum,

*Potuit abso-*  
*lutè B. Virgo*  
*preservari, à*  
*labe originali*

*ed*

Vindiciae Marianaæ Innocentie

22 eo quod Sancti Patres (ut erroneè opinatur Caietanus) id negent.

*Præmitto 2dō. Peccatum Originale, est peccatum, quod in ipsa cuiuslibet puri hominis (excepta tamen B. Virgine) origine contrahitur. Peccatum eiusmodi dari, ex fide est certum. Quid nam autem in re sit hoc peccatum, variant peccatum in in Responseione Authores etiam Catholici; aliqui cum Gre- quo consistit? gorio Ariminensi censebant (sed minus recte) esse quandam qualitatem morbidaim, primum à pomo vetito derivatam, vel per serpentis afflatum inhalatam, (ut voluit Gabriel) vel à DEO ipso (ut censebat Holcot) immissam, quæ Adami carnem vitiavit, & ad animam quoq[ue] contagione pervasit, unde exstigit seminis infectio, & totius posteritatis via semi-nali (hoc est per coniugale commercium) ab Adamo ori- undæ inquinatio. Alii cum Phigio, Catharino, censuerunt esse peccatum ipsius Adæ, per imputationem & per ex-trinsecam denominationem, singulis applicatam, tam-diū manens, quamdiu inducta per illud gratiæ pri-vatio perseverat. Durandus sentiebat esse ipsam Concipi-scentiam, seu somitem peccati, non quidem secundum se, (is enim non tollitur per Baptismum) sed prout substantem reatui & pænæ. Communiter & melius dicitur: Peccatum originale esse ipsum actuale peccatum inobedientiæ præcepto Divino prohibenti esum penit, ab Adamo physicè, à nostra verò voluntate, ratione moralis in Adamo inclusionis, mor-aliter commissum, & perseverans in privatione gratiæ San-tificantis, quæ vi generationis ex Adamo invehitur a-nimæ. Unde S. Anselmus librō de Conceptione Virgin: cap: 26. ait. Hoc peccatum, quod Originale dico, aliud intel-*

lige-

*ligere nequeo in ipsis infantibus, nisi ipsam factam per inobedientiam Ad*e*, Justitiae debite*e*, id est, San*t*itatis nuditatem, per quam omnes, sunt Filii ir*e*.*

**P**ræmitto *3*to. Certum esse ex Scriptura Sa*ra*, ad Rom: 5. & ex Concilii Tridentini Decreto Primo, *Originalis later bes*est* peccatū mortale.* *2*do, *3*to, in Sess: 5. Quod peccatum originale, sit verum & propriè peccatum, & quidem mortale, reddens a-nimam odibilem D*E*O, & mancipium Diaboli, ac æternæ damnationi obnoxiam. Ideoq*ue* Spiritus S. in Sacra Pa-gina, inquinatos labi originali, votat *Filios Ir*e*, Massam da-minatam, v*ä*sa contumel*ia**. Certum item est, peccatum ori-ginale, longè maius malum esse, quam sit culpa venialis; *Et quidem hæc enim non tollit gratiam San*t*ificantem, quæ iuxta aliquomodo Sanctos Patres est supernaturalis imago D*E*I in homine: nec reddit hominem odibilem D*E*O & vitâ, æternaq*ue* hæreditate indignum. Im*o* iuxta S. Thomam 1. 2. q. 89. Artic. 1. in corpore. *Propriè loquendo, peccatum veniale non causat maculam in anima.* Insuper in aliquo sensu, & ex multifariis rationibus, gravius est originale peccatum, quam mortale Actuale. Primo. Quia origina-le peccatum, inficit communiter omnes, quod non facit peccatum Actuale mortale. Secundò. Quia est semen o-mnium peccatorum; unde Sanctus David, ex legitimo ma-trrimonio, licet conceptus, dicebat tamen Psal: 50, se à Ma-tre, *in peccatis & in iniuriantibus conceptum: id est (ut expli-cant SS. Patres, Hilarius, Hieronymus &c.) in peccato originis, quod est radicaliter omnia peccata. Unde à S. Leone, appellatur, Radix peccatorum omnium.* Et Infantes, qui*

qui solo originali peccato inquinati sunt, eā ob causam dicitur  
*Baptizari in remissionem peccatorum*: id est, ioxæ originæ,  
 ut exponit S. Augustinus, & S. Fulgentius. Est item  
 ex eo Radix omnium peccatorum, quia nullus peccat  
 Actualiter, nisi peccaverit originaliter, & non à contra, ut  
 patet de Sanctificatis, vel de iis, qui post Baptismum, in  
 Infantia moriuntur. Tertiò. Quia originale peccatum,  
 est quodammodo necessarium; quia non potest vitari à crea-  
 tura, ex sua libertate, quia non pendet ex Actu (puta per-  
 sonali physico) voluntatis eius. Quartò. Quia peccatum  
 mortale non impedit, quin homo sit membrum Ecclesiæ;  
 Ja verò homo (salti ut plurimi, si forte) Catechumenus iā exi-  
 stens, Ecclesiam quidem, per Fidem Actualem intravit, Jus-  
 tamen ad suspicenda Sacraenta nondum accepit manet  
 extra Ecclesiam, donec à peccato originali in nova lege per  
 Baptismum mundatus sit.

*Preservatio à labe originali est singularis prærogativa B. Virginis.* Ex dictis, in præmisso Primo, & 2do evidenter infer-  
 tur, quod sit singularis prærogativa, & verum, ac eximium  
 decus, præservatio B. Virginis à labe originali, sic enim  
 præservata, nunquam fuit B. Virgo, exosa DEO; nunquam  
 Dæmonis mancipium, nunquam rea damnationis; nunquam  
 sine gratia Sanctificante. Nemo difficitur specialem esse  
 prærogativam B. Virginis, quod eam DEUS præservave-  
 rit semper à noxa veniali. Item quod Eius Corpus vi-  
 vuni, præservaverit, à quacunq; fæminea illuvie, ac in-  
 munditia, etiam menstrua; Item ab ærumnosa multipli-  
 catione, conceptuum & partûs cruciatibus. Et non censem-  
 bitur esse eximius honor & prærogativa, quod DEUS  
 præ-

præserva-  
 macula-  
 Né-  
 qui cense-  
 ceptam, n-  
 Eam im-  
 tionis, fi-  
 cus, qua-  
 Comple-  
 Allocut-  
 liones, a-  
 unicō n-  
 originali-  
 lebile, q-  
 effet di-  
 tali pe-  
 tana, e-  
 Celi ali-  
 bus' exo-  
 ueni gra-  
 toram ar-  
 mamento  
 Sancti, I-  
 gelis mu-  
 bilem re-  
 vus, per  
 annovavi-  
 num est

præservaverit Animam Eius, à fædissima peccati origina-  
lis macula?

Neçq; dicas, cum Abulensi, Parad. i. c. 21. Utiq; illi;  
qui censem Dominam nostram, in peccato originali esse con-  
ceptam, non asserunt Eam diu, in hac labe mansisse, sed  
Eam immediatè, post primum instans sui esse, suæ anima-  
tionis, fuisse purgatam; Unde videtur evanescere dede-  
cus, quod inferitur ex labe originali. Respondeatur enim. Quot minuti  
continebat  
temporalis vi-  
ta B. Virginis?  
Complectitur Universa ætas, B. Virginis (ut P. Bancholtzer Allocuti. 53. ad Sodal. Marian: supputat:) triginta sex mil-  
liones, septingenta nonaginta duo millia minutorum. Si vel  
unico minutô primô vitæ suæ fædata fuisset B. Virgo labe  
originali, tunc nunquam evanesceret, & nunquam esset de-  
lebile, quò minus semper, & per totam æternitatem verum  
esset dicere: Preciosissima DEI Mater, fuit aliquando mor-  
tali peccato fædata; fuit vas Diaboli, mancipium Sa-  
tanæ, expers vitæ supernaturalis, fuit aliquando à Jure  
Cœli alienata, ac æterna damnationis rea, Angelis omni-  
bus exosa, Præservatio autem à labe originali per infusio-  
nem gratiæ Sanctificantis, facit ut contrarium dicatur per  
totam æternitatem de E. Virgine, scilicet: in omni omnino  
memento vitæ suæ totius, fuit Sancta, fuit Sponsa Spiritus  
Sancti, Filia adoptiva DEI, Hæredissa Cœli, cunctis An-  
gelis multam Amabilis &c. Nonne hæc summè honora-  
bilem reddunt B. Virginem? Certè, nitor animæ primæ-  
vus, per exclusionem mortalis ab ea maculæ, (ut sapienter  
annotavit cum alisis P. Raynaudus,) longè excellentius bo-  
num est, quam sit intemerata Corporis Virginitas, vel

omnia Charismata, gratis data, & sive intellectui, sive voluntati indita. Nullusq; Orthodoxus prudenter ambigere potest, incomparabiliter præstantius bonum esse, habere Animam semper ornatâ gratiâ Sanctificante, quâm habere infusas omnes scientias naturales, & donum Prophetiae, vel vim patrandi miracula.

### PROPOSITIO III.

Sententia quæ tenet Deiparam Immaculatè esse Conceptam, Opinio est nova.  
Ita Cajetanus in 3. part: Summe, Quæst. 27 Art: 2. & alii.

*Sententia pia, non est opinio.* **S**ententia nostra non est *Opinio*, cùm non sit assensus; cui formido & falsum subesse possit. E contra, *Sententia*, certa atq; evidens esse potest: Unde & Alexander VII, in sua laudissima Constitutione, Assertionem piani, *Sententiam*; Assertionem verò adversæ partis, *Opinionem*, semper vocat. Et quidem Sententia nostra, maximè post Constitutiones Sixti IV. Gregorii XV. præcipue verò Alexandri VII, est *Sententia*, *vera*, *certa*, & *evidens*: cuius ipsius Ratio, inter alias est. Quia Ecclesia celebrat Festum Immaculatæ Conceptionis. Vide dicta sub Propositione XXV, satis fusæ. Nec non sub Propositione XI.

*Antiquitas* Negatur item, *Sententiam nostram esse novam*, Alexander enim VII. in illa sua celebri Bulla, hanc *Sententiam demonstratur.*

no<sup>s</sup>

nominat,  
in Ecclesi  
erga Ejus  
Ejus Anni  
fuisse à A  
Antic  
eo, Q  
celebra  
Propo  
ne 36,  
stitution  
ut aperi  
per ali  
confess  
quorum  
à Divi  
nem sac  
laudatu  
scus Co  
te differe  
sine prob  
nota &  
S. C  
Ephesin  
dum, q  
sionem,  
(qui f

nominat, non modò piam, laudabilem, verùm & Antiquam in Ecclesia DEI. Sare (inquit) vetus est Christi Fidelium erga Ejus B. Virginem Matrem MARIAM pietas, sentientium, Ejus Animam, in primo instanti Creationis, atq; infusionis in Corpus fuisse à Macula peccati Originalis preservatam.

Antiquitas etiam pia Sententiae comprobatur; Tum ex eo, Quia ante Annos mille ducentos, in Ecclesia Græca, celebrabatur Festum Immaculatae Conceptionis. Vide sub Propositione XXV. Et Concilium Basileense, Sessione 36, habita Annō 1439, ait. *Renovantes præterea, Institutionem, de celebranda Ejus Conceptione, (Immaculata scilicet ut apertissimè inibi declaratū est) que tā per Romanā, quām per alias Ecclesias sexto Idus Decembrīs, Antiqua & laudabilis consuetudine celebratur.* Tum quia idem comprobat Antiquorum Patrum sensus: S. Amphilius Jconii Episcopus, à Divo Hieronymo in Epist: ad Magnum, ob Eruditissimum facili & insignem scientiam Scripturarum, eximiè collaudatus) Orat: 4. quam in Latinam convertit, Franciscus Combelis Dominicanus. *Quid (inquit) stulte à veritate dissentis? qui enim antiquam illam Virginem (nempe Evam) sive probro condidit, & secundam (id est B. Virginem) sine nota & crimine, fabricatus est.*

S. Cyrillus, Archiepiscopus Alexandrinus, in Concilio Ephesino; homil: 6. *Quis (inquit) unquam audivit, Architectum, qui sibi Domum edificavit? Ejus occupationem & possessionem, primum suo inimico cessisse?*

Idem S. Cyrillus, Vir Sanctissimus & doctissimus (qui floruit Annō Christi 430) contra Nestorium Hæresi-

siarcham, Episcopum Constantinopolitanum, ait. *Nulli di-  
bium est de Matre DEI, quin talis esse debuit, quæ non possit  
argui de peccato.*

Sophronius Patriarcha Constantinopolitanus, in Epi-  
stola approbata à sexta Synodo. *Deipara, ab omni conta-  
gio, seu labe peccati libera fuit. Si ab omni, Ergo & ab origi-  
nali labe.*

S. Bonaventura in 3. Dist: 3. Art: 1. q. 2. quærit, *An  
Beata Virgo Sanctificata fuerit, ante peccati originalis contra-  
ctionem?* Et partem negativam, ut probabiliorem tuetur. Posthac tamen suam hanc Sententiam mutavit; siquidem serm: 2. de Nativ: Tomo 3. dicit, *Domina nostra fuit plena  
gratiâ præveniente in sanctificatione; Gratiâ scilicet præservati-  
vâ, contra fæditatem originalis culpe, quam contraxisset, ex  
corruptione naturæ, nisi speciali gratiâ, præventa, præservata q; fuisset.* Solus enim Filius Virginis, fuit ab originali culpa immunis & ipsa ejus Mater Virgo. *Credendū est enim, quod novo Sanctificatio-  
nis genere, in Fjus Conceptionis primordio, Spiritus Sanctus  
Eam, à peccato originali, non quod infuit, sed quod infuisset, re-  
redemit: atq; singulari gratia præservavit.* Nec absimilia ha-  
bet in Opulc: de Eccles: Hierarchia 4. p. cap. 7. & alibi.  
Aliorum Antiquorum Patrum Textus, vide sub Propositione VI. VII. VIII.

Inī huius Sententiae Veritas ante Annorum aliquot  
millia, in Scriptura Sacra, variis signis & ænigmatibus,  
à Davide, Salomone, aliisque Prophetis veteris Testamenti  
præsignata est. Vide sub Propositione V. Concedi tamen  
potest, piam Sententiam esse novam in hoc sensu, quod sem-  
per de novo splendeat, novis fulta Rationum radiis.

PRO-

## PROPOSITIO IV.

Conceptio Immaculata, invictè expugnatur, à Sacra Scriptura, quæ testatur, omnes Universaliter in Adam peccasse; & Christum Dominum esse Universalem omnium hominum Redemptorem.

Ita Rhamnus lib. de Universali Corruptione Generis humani, part. 5.

**N**on diffiteor scripsisse Apostolum ad Romanos cap. 3.

Omnes peccaverunt, & egent gloriâ DEI. Item cap. 5.

Per unum hominem, in hunc Mundum peccatum intravit, in quo omnes peccaverunt. Attamen in his & similibus, Sacrae Scripturæ Propositionibus, non includi Deiparam.

Constat sat patenter imo ex eo; nam idem Sanctus Apostolus, in illo ipso cap. 3. habet Propositiones Universales, etiam has: *Omnis homo mendax. Omnes sub peccato sunt. Non est Justus quisquam; Non est intelligens, non est requirens DEUM.* Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.

Non est, qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Et ad Philippenses 2dō. *Omnes quæ sua sunt, querunt, non quæ IESU Christi.* Scripsit etiam Sanctus Joannes Epist: 1. cap 1. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, mentimur.* Item, licet in Scriptura, Ecclesiastici cap. 40. universaliter dicatur, *Omnia quæ de terra sunt, in terram revertentur.* Totiq; gene-

Scripturam  
Sacram, non  
contrariari  
pie Sætentia,  
clare deduc-  
citur.  
Tum ex ipsa  
Sacra Scri-  
ptura.

generi humano, impositæ sunt leges istæ; *In pulverem reverteris: Paries in dolore.* Nihilominus extra omne dubium, apud omnes Catholicos est, illas Propositiones Universales, debere accipi in sensu accommodo, restringente. Certum enim, non solum Christum Dominum, quæ hominem; ast & B. Virginem, Eius Matrem, nullum commississe peccatum Actuale; nec etiam uilos in partu dolores sensisse; nec Corpus eius resolutum etiam in pulverem. Ita pariter, accipienda in sensu accommodo Propositiones, de transuſione Originalis peccati, in omnes homines. Loquuntur enim de lege communī, non de Privilegio, & exceptione. Convenit B. Virgini, illud Assveri, Esther cap. 5. *Noli metuere, non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus lex hæc constituta est.* Unde & Negarolicum Officium, à Sixto IV, ſpeciali Constitutione approbatum, & legitimo uſu, in Ecclesia, privatim & publicè recitatum; Estherem facit figuram B. Virginis, ſinē labe Conceptæ.

*Secundò Conſtat.* Et quidem convictivè. Quia Oecumenicum Sanctum Concilium Tridentinum, perpensis huiusmodi Propositionibus scripturæ, quibus afferitur Omnes in Adam peccasse, & exactissimè discussâ hac in parte Controversiā, auditisq; contrariæ Opinionis Authoribus, eorumq; argumentis diligentissimè examinatis, postquam Sefſione ſta definivit. *Si quis Adæ prævaricationem ſibi ſoli, & non ſetiam ejus propagini, afferat nocuisse, Anathema ſt.* Paulò post ſubiungit. *Declarat tamen hæc ip/a Sancta Synodus non esse ſue intentionis, comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam & immaculatam Virginem*

MARI

MARIA  
felicis I  
tutionib  
verunt  
ſterii;  
ēſcus  
quorū  
Domin  
mantel  
scripti  
circa  
facultat  
ut de E  
teſſ? Et  
idq; p  
di ob  
pateſa  
rif in  
di B  
ſerere,  
ception  
Acc  
obſerv  
favit, i  
plutini  
ne XY  
Te  
Virg  
ctus  
ſlediu

## Per enervationem Propositionis IV.

31

MARIAM, DEI Genitricem, sed observandas esse Constitutiones, felicis Recordationis, Sixti, Papæ IV, sub pœnis, in ejus Constitutionibus contentis, quas innovat. Hæc Verba Concilii moverunt Animos maximorum Magistrorum, & huius Mysterii, reddiderunt Defensores. (ut testatur Episcopus Franciscus de Sossa, in Epistola pro Oratione de Conceptione) quorum unus Magistrorum (fuit is Franciscus à Penna, Dominicanus, & primarius, ac Sapientissimus apud Salmantenses Theologiae Lector) in suis ad 3, p. D. Thomæ scriptis, ita ait. Valde quidem urgebant Decreta generalia, circa peccatum originale; sed Sacro Universali Concilio, liberam facultatem concedente, quid in nos admisit Sanctissima Virgo, ut de Ejus puritate non credamus, quidquid credi sine scrupulo potest? Et si Sacrum Concilium, illam comprehendere non vult, idq; protestatur, nec ego, comprehendere volo, sed per illud ingredi ostium quod mihi Synodus totam Ecclesiam repræsentans patescit. Cùm ergo Sacrum Concilium non censuerit in illis Propositionibus Universalibus, comprehendi Beatā Virginem, quomodo audet Rhamnus asserere, ex iisdem Propositionibus expugnari invictè Conceptionem Immaculatam?

Accedit. Quod Sixtus IV, in suis Constitutionibus, quas observandas decernit Concilium, Sententiae piæ, plurimum favit, ut constat evidenter. Unde sequitur Concilium quoq; plurimum favisse. Vide dicta etiam sub Propositione XXXI, & XL.

Tertio Constat. Tum quia Patres eximunt Beatam Virginem, ab illarum Propositionum Universalitate; Sanctus enim Anselmus in Officio Nagorolis, Lec: 4. ait. *Vas electionis S. Paulus, omnes homines in Adam peccasse, fatetur.*

N.B.  
Adversio ne  
tabilis.

Tum ex P  
tribus.

Vero

Vera utiq; Sententia, & cui contradici, nefas esse pronuntio. Sed cùm eminentiam gratiæ, in Tè, MARIA Virgo, considero, sicut Tè non intra omnia, sed supra omnia, quæ facta sunt, ineffabili modo intueor, ita & Tè, in lege naturæ, aliorum, in Tua Conceptio-  
ne non devindam fuisse opinor. S. Augustinus sermone de Virginis Assumptione. Non immeritò MARIA excipitur, à quibusdam generalibus, verâ aestimatione, quam tanta servat gra-  
tia, & extollit dignitatis prærogativa. Albertus Magnus in libro de laudibus MARIÆ, (vel ut alii volunt, Richar-  
dus à S. Victore) Hæc enim Virgo sola, à communi illa Re-  
gula excipitur; Omnes in Adam peccaverunt. Tum quia Ju-  
ra & leges ad casum singularissimum non extenduntur.  
Et quod semel aut bis existit, praetereunt Legislatores, ut  
habetur in Decretalibus. Sed casus singularissimus est, con-  
cipi Matrem DEI; Item, semel & iterum, (Christus &  
MARIA) homo concipitur sine labe originali. Ergo &c.  
Tum quia idem probant omnes Rationes, quæ afferri so-  
lent, pro illibato Conceptu Virginis, quarum sat multæ ha-  
bentur in hoc libro, præsertim sub Propositione XXXII.

Redemptam fuisse E. Virginem à Christo Domino,  
Excellentiꝝ nullus nostrum difitetur; quin dicimus, Eam Redemptam  
simè Redem- Redemptione excellentissima, id est, non curativâ, Sanati-  
pta est B. Vir- vâ, reparativâ, sed præservativâ; præter enim Redemptio-  
go à Christo nem sanativam, datur iuxta Scripturam & Patres, imo  
Domino. & Thomistas ipsos, Redemptio præservativa; Psaln. o e-  
nim 143. dicitur. Qui redemisti David Servum Tuum de  
gladio maligno: nempe Goliath, præservando Davidem à  
vulnere, nec non de insidiis, ac persecutione Saulis: & hæc  
optima

optima Redemptio, quæ casum avertit. S. Augustinus in verba illa Psalmi 85. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori; ita ait: Eruisse DEUM, animam suam ex inferno inferiori dixit; quia liberavit se à talibus peccatis, per quæ posset deduci ad tormenta inferni inferioris.* Quemadmodum si Medicus videat, imminentem tibi ægritudinem, fortè ex aliquo labore, & dicat; parce tibi, sic te tracta, requiesce, his cibis utere, nam si non feceris, ægrotabis; tu autem si feceris & salvis fueris, rectè dicens medico: liberasti me ab ægritudine, non in qua jam eras, sed in qua futurus eras. Nescio, quis habens causam molestam, mittendus erat in carcerem, venit alius defendit eum; gratias agens quid dicit? *Eruisti animam meam de carcere.* S. Bernardus Serm: 22. super Cantica. *Christus Dominus, qui erexit hominem lapsum, dedit stanti Angelo, ne laberetur, sic illum de captivitate eruens, sic hunc, à captivitate defendens, & hac ratione fuit æquè utriq; Redemptor, solvens illum & servans istum.* Durandus à Sancto Portiano (natione Gallus, Ordinis Prædicatorum & Episcopus Meldensis, & deinde Amitiensis Ecclesiæ Præsul, floruit Anno 1315) in 3. Distinct: 3. Quæst: 2. dicit: *Quod etiamsi B. Virgo, peccatum originale non contraxisset, potest tamen dici verè Redempta à DEO, ex eo, quod in radice sua, ex natura suæ Conceptionis obligata erat ad incurendum peccatum, nisi fuisset à DEO præservata.* Caietanus in 1.2. Quæst: 81. Artic: 3. Non solum (inquit) Redemptione eget Actualiter captivus, sed etiam obnoxius captivitati. Et hæc bene notabis tu Thomista, ne nimiō zelō, non secundūm Scientiam dicas erronea, quæ non sunt erronea, cùm de B. Virginis Conceptione disputas. Hæc prudentissima admonitio Caietani, a deo duplicit Rhamno, ut integrum Tractatum adversus Ca-

letantum conscripsit, in quo (ut notat P. Raynaudus o-  
félitus pudoris, eadem petulantia in eum debacchatus est, quā  
solet in Scotum & Scotistas Propugnatores strenuissimos  
Conceptionis Inmaculatae.

Acuta & solidi, subtilis Scotus, in 3. Questione unica  
de Conceptione B. Virginis differens, ait: *Ipsa etiam contra-  
xisset peccatum originale, ex ratione propagationis communis, nisi  
fuisset preventa per gratiam Mediatoris; & sicut alii indiquerunt  
Christo, ut per Eius meritum, eis remitteretur peccatum; jam con-  
tractum, ita illa magis indiguit Mediatore preventente peccatum;  
ne esset ab ipsa aliquando contrahendum, & ne ipsa contraheret.  
Quare autem magis indiguit B. Virgo, Mediatore, & Re-  
demptione, quam quicunq; alius, inde est. Quia ut docti-  
simè idem subtilis Doctor probat, Tantò magis indiguit Re-  
demptione, quanto maius bonū sibi conferebatur, per Re-  
demptionem; cùm igitur maius bonum sit Innocentia perfecta, quā  
post lapsum, culpa remissa, maius bonum sibi conferebatur,  
præservando ipsam ab originali culpa, quam si postea fu-  
isset purgata.*

**NOTA.** Inter Defensores p̄ix Sententiae, controver-  
titur. An B. Virgo contraxerit debitum proximum pecca-  
tori originalis incurendi? id est. An voluntas B. Virginis  
æquè ac cæterorum posteriorum fuerit moraliter contenta,  
in voluntate Adami, peccato consentientis? Affirmant Su-  
arez, Vasquez, Bellarminus, Cornelius à Lapide, & alii.  
Negant verò plurimi alii, numerò & doctrinā præcipui, ut  
Salazar, Granado, Cardinalis de Lugo, Aldrette, Vela-  
squez, Morawski, &c. Imò nunc ferè omnes Theologi Socie-  
tatis, qui de hac Controversia post Patrem Granado im-  
prese-

An debitum  
peccati Ori-  
ginalis, con-  
traxit Bea-  
sa Virgo?

presserunt librios suos, nec non plurimi ex aliis Sacris Fa-  
miliis. Affirmantium Ratio est: Quia hoc videntur  
indicare, Universales Scripturæ Patrum locutiones, docen-  
tium omnes in Adamo peccasse; admissò̄ hoc debitō,  
meliùs intelligitur, quomodo B. Virgo indiguerit Redem-  
ptione. Negantum verò Ratio est. Tum quia S. Augu-  
stinus in Expositione Symboli, & Orationis Dominicæ ait.  
*Conveniens erat, ut lege peccati, que per duorum concubitum ve-  
rificatur in prole, Mater DEI non teneretur obnoxia.* Et San-  
ctus Anselmus in libro de Conceptione Virginali, & pecca-  
to originali c. 48. *Decebat ut Christi Conceptio de Matre pu-  
rissima fieret, nempe decens erat, ut eā puritate, quā major sub  
DEO nequit intelligi, Virgo illa niteret,* Et Albertus Magnus  
in Mariali de Laud. Virg: cap. 51. *Dicimus, quod B. Vir-  
go, secundum omnem dignitatis & nobilitatis modum esse debu-  
it, & fuit Nobilissima & Dignissima in summo.* Ergo non  
fuit in illa debitum & obligatio proxima peccati contra-  
hendi. Tum quia videtur id spectare, ad Deipa-  
ræ dignitatem, ut etiam debitō proximō peccandi, ca-  
reret. Tum quia frustra in pacto cum Adamo,  
inclusisset D E U S Beatissimam Virginem, quam præ-  
viderat omnino ex illo pacto eximendam defacto. Tum  
quia iuxta S. Bernardum, ut vidimus suprà. Angeli Re-  
dempti sunt, & tamen certè in iis, non fuit peccandi debi-  
tum. Idem ergo à potiori censendum, de Regina Ange-  
lorum. *Hæc secunda Opinio, videtur mihi probabilior,*

## PROPOSITIO V.

Nullus Scripturæ Textus afferri potest, qui faveat Immaculatæ Conceptioni Beatæ Virginis. Ita communiter Patroni rigide Sententiae.

*Pia Sententia* PLurimis Scripturæ Sacrae locis, plam Sententiam firmari, faveat Sacra Postenditur. Dicitur Genesis 3. Ponam inimicicias inter te & mulierem, & ipsa conteret Caput tuum. Ubi ex Veteris quām multorum sensu Interpretum (ut videre est apud Patrem Velazquez, fol. 36. P. Raynaudum Tōmo 7. fol. 135) Novi Testamētū. B. Virgō significatur, Caput serpentis, id est, peccatum originale (quod verè est Caput Dæmoniacum, initiumq; totius pravitatis in homine) ita contrivisse, ut eō nunquam infecta fuerit.

Exodi 3tio. Videbat Moyses, quod Rubus arderet, & non combureretur. S. Ludovicus Bertrandus, ex Ordine Sacro Divi Dominici, clarus miraculis & Prophetico Spiritu (flovuit Annō 1548) in sermone suo de Purissima Virgine, Valentiae habito, ait: Hæc est, Rubus ille Moysis, qui ardebat & non comburebatur; ardebat hæc, nam more reliquorum ex Adamo descendentium, ex semine virili, & ardore concupiscentie, fuit concepta; verum incombusta, ac à communi peccati originalis incendio, remansit illæsa.

Exodi capite ultimo. Postquam cuncta perfecta sunt,  
opea

operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini implevit illud. Ex hoc loco Sanctus Thomas 3. part: Quæst: 27.

Artic: 2. intert: Ergo B. Virgo non fuit Sanctificata, nisi postquam ejus cuncta perfecta sunt, scilicet Corpus, & Anima. Sed in primo instanti Unionis animæ cum Corpore, perfecta sunt B. Virginis cuncta; neippe Corpus & anima; Ergo in primo instanti unionis, B. Virginem Gloria Domini implevit, seu Sanctificavit.

Psalmo 45. Sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. S. Vincentius Ferrerius, Ordinis Prædicatorum, Vir Apostolicus, obiit Annô 1418) Serm: 1. de Nativit: Quando Corpus B. Virginis, fuit perfectè organizatum, & Anima illi conjuncta per creationem, tunc Altissimus Sanctificavit Tabernaculum suum. Et Serm: 2. de Nativit: Non credatis, quod fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur; sed statim ac Anima fuit creata, fuit Sanctificata, & statim Angeli in Cælo, celebrarunt Festum Conceptionis.

Psalm. 84. Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob. S. Bruno (Carthusianorum Institutor, obiit Annô 1101) in Psal: 105. ait. Hæc est incorrupta terra illa, (nempe B. Virgo) cui benedixit Dominus, ab omni propterea contagione peccati libera, per quam, viam vitæ cognovimus.

Proverbiorum 8. Nondum erant abyssi, & Ego jam concepta eram. Albertus (Magnus in Sapientia, nec minor in colenda Deipara, Professione Religiosus S. Dominic, Dignitate Episcopus Ratisbonensis, floruit Annô 1260) in Tract: suo: cui Titulus: Biblia Mariana, ait: Necdum erant

erant abyssi, id est Dæmones, vel abyssi miseria & peccati, & ego iam concepta eram; scilicet in præscentia & prædestinatione DEI, ut exhiberem lucem contra tenebras; gratiam, contra culpam & vitam, contra mortem. Ipsa est sine peccato Nubes purissimæ Isaïæ 19, Ecce ascendit Dominus supra nubem levem.

Canticorum 2dū. Sicut lilyum inter spinas, sic Amica mea inter Filias. Item ibidem, Hortus conclusus, ad quem ut dixit, S. Damascenus Orat. 2. de Assumpt. Virgin. Serpens aditum, non habuit. Fons signatus.

Canticorum 4tō. Tota pulchra es, & macula non est in Te. Quæ verba Sapientissimus Idiota, (floruit is Annō, 1380, vocabaturq; nomine proprio, Raymundus Iordani, fuitq; Præpositus Uticensis, postea Abbas Cellensis ex Ordine Canonicorum Regularium) libro de Contemplat: Virgin: c. 2. rectè explicat sic: Tota pulchra es Virgo glorioſissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati mortalii, sive venialis, sive originalis, non est in Te nec unquam fuit, nec erit; Tuæ glorioæ Animæ, nihil unquam adfuit turpitudinis, vitiis ac peccati. Et Philotheus, Patriarcha Constantinopolitanus in Menæis Græcis, die 16 Julii, Ode 8va, ait: Tota pulchra es o Virgo, planè tota pulchra, tota nihil nisi Nitor, & species lucis.

S. Bernardinus, Patriarcha Senensis, Professione Franciscanus, obiit Annō 1443. Tomo 1. Serm: 52. de Salut: Angelica, Fuit B. Virgo sine primo Va, id est sine Tyranno concupiscentie Originalis, quia sine ipso concepta est, juxta illud: Tota pulchra es Amica mea, & macula non est in Te, scilicet Origine

Originalis culpe, Similiter prædictus textus Scripturæ explicatur in Officio Conceptionis, approbatò à Sixto IV. S. Thomas in 3 parte Quæst: 27. Art: 4. Simpliciter satisfactum est, quod B. Virgo, nullum Actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale, ut sic in ea impleatur, quod dicitur Canonorum IV. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in Te. Si igitur (ut sapienter infert Catharinus) ex mente S. Thomæ, ad pulchritudinem istam complendam, unius etiam peccati venialis maculam, à Virgine remove-re opus est; quis afferat, teterim illam peccati originalis maculam, cum tanta pulchritudine componi, & copulari potuisse, ut nihilominus tota pulchra, & sine macula predicari debeat? Quin & Judæi, ut testatur Galatinus libro 7. de Arcanis, cap. 2.4. & 11. Veteresq; Rabinî omnes certissimè sentiebant, etiam ante Adventum Christi Domini, Eius Matrem ab omni labe peccati immunitatem fore, idq; ex Cant: 4. colligebant. Tota pulchra et &c.

Matthæi 10. Inter natos Mulierum non surrexit Major Joanne Baptista. Paulus de Palatio, Eruditissimus Commentator Scripturæ Sacrae, in locum illum citatum, ait. Ex quo loco sub aliorum censura, aperte colligo, Virginem MARIAM in peccatum originale non cecidisse, patet manifestè; Joannes est Major omnibus, qui ceciderunt & surrexerunt. At non est Virgine Major; igitur Virgo non cecidit: Fatoe: Nescio hoc Argumentum dissolvere. Huc referri potest & illud, quod pud S. Bernardinum Senensem, Serm: 49, de Amore gloriose legitur. Quia Christus non cecidit in aliquo peccato.

cato Conceptionis, nec Actualis, & similiter B. Virgo, ideo non  
muntur surgere, sicut omnes cæteri homines, qui cæciderunt, &  
cadunt ab Adam.

Idem S. Bernardinus, Tomo 4. Serm: 49. Post Pa-  
scha, ex eo etiam comprobat B. Virginem, sine labe con-  
ceptam, quia primi Parentes producti sunt in Innocentia.  
*Certum est (inquit) quod DEUS creavit Adam, sine peccato  
originali, ex limo terræ; deinde ex Costa ejus creavit Eam,  
eijam sine peccato.* Et certum est, quod Christus Incarnatus fu-  
erit DEUS & Homo, & fuit major quam Adam & Eva; mo-  
dò non est credendum, quod ipse Filius DEI voluerit nasci ex  
Virgine, & sumere ejus Carnem, quæ esset maculata, aliquo  
peccato originis? Imò credendum est, quod voluit sumere car-  
nem, ex carne purissima; & quod ejus Mater fuerit, plus quam  
Adam & Eva, qui creari fuerunt sine peccato originali.

S. Bernardus, Serm: de verbis Apocalyp: Signum  
magnum. ait. *Defectus omnis sub B. Virginie, & quidquid fra-  
gilitatis & corruptionis est, Excellenissima quadam sublimitate,  
præ ceteris omnibus excedit, & superreditur creaturis, ut me-  
ritò sub pedibus ejus, Luna esse dicatur.*

Richardus de S. Victore (Canonicus Regularis, S.  
Bernardo amicissimus) Exposit: 2. c. 40. in Cant: inquit.  
*Est autem Luna sub pedibus B. Virginis, quia omnis homo præ-  
ter eam, defectum habuit.*

Joseph, ut legitur Genes: 47. *Omnem terram Æ-  
gypti, subiecit Pharaoni, & cunctos populos, præter terram*  
Sacer-

Sacerdotum. Terra benedicta & Sacerdotalis, teste Ecclesia est E. Virgo, quod dñi etiam censatur, Privilegio excepta speciali, à culpa originali, ne unquam subiecta fuisse dicatur potestati infernali?

Noluit DEUS in Altari, à Gentilibus profanato, offerri sibi Sacrificia, ut habetur i. Machab: cap. 4. Noluit item Corpus suum deponi, nisi in monumento, in quo necdum quisquam repositus erat? Et credemus, à DEO electam sibi Matrem, peccatō gravi originali profanatam; & in culis Anima, prius reposita erat noxa mortifera?

*Nota 1<sup>ma</sup>.* Quibuscunq; Sacrae Scripturae textibus probat Divus Thomas 3. p. q. 27 Artic: 4. Beatam Virginem immunem fuisse, à peccato veniali, siisdem à fortiori evincitur immunitas eius à labe originali. Vide dicta sub Propositione X.

*Nota 2<sup>da</sup>.* Recdè Franciscus Suarez (quem merito Paulus V. titulò: Eximii Doctoris condecoravit) Tomo 2. in 3. p. Disput: 1. Sect: 5. atlent: Ex Scriptura Sacra petendum non esse clarum testimonium, ubi assiceratur Beatae Virginem immaculatè esse conceptam; cum alia Privelegia B. Virginis, quæ tanquam certa tenet Ecclesia (ut quid nunquam peccaverit venialiter, nunquam habuerit motus inordinatos concupiscentiæ; semper Virgo permaneserit). Eiusq; Sacru Corpus nunquam viderit corruptionē &c. non requirant eiusmodi testimonium. Et S. Augustinus in causa non absurdi dicit, Epist. 99. Ecclesia ferè tota consentit, quod etiam non inaniter credidisse, credendum est, unde-

*Sat multa ut  
certa, tenet  
Ecclesia de  
B. Virg.; que  
non afferit  
clarè Sacra  
Scriptura  
de B. Virginie*

cunq; hoc traditum sit, etiam si Canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur Authoritas.

*Nota 3ti.* Nostra ætate, quidam Pater, Vitus Schef-fer, e Societate nostra, plures libros composuit, ac Typo impressit, in quibus, e singulis Scripturæ textibus sat ingeniosè illibatam Virginis Conceptionem deduxit. Titu-lus librorum illorum est, *Biblia Immaculata*. Hoc certum, quod S. Vincentius Ferrerius, Sermone de Concept: B. Vir-ginis scripsit. *Virgo MARIA in omnibus libris Sacrae Scri-pturae, & in omnibus Canticis, imò etiam in singulis versibus directè, vel indirectè, est mysticè contenta.*

## PROPOSITIO VI.

Nullus Sanctus, nullus Illustris Doctor antiquus, affertur pro hac parte (scili-cet Beatam Virginem, sine labe esse conceptam) nisi forte à falsariis. Ita Cardinalis Cajetanus in Tract: de Conceptione Beatæ Virginis, cap. 5.

**P**lurimos Santos & Illustris Doctores Antiquos fu-isse pia Sententiæ Assertores, copiose & dilucidè inter alios ferè innumeros, demonstrat Magnus Suarez Tomo 2. in 3. parte Disput: 3. Sect: 5. Perlinus Dist: 10. per sexdecem Capita, P. Ferdinandus vero de Salazar in Apo-logia

Jogia pro Immaculata Cōceptione, c. 42. per singula Christiana sēcula, mira Eruditione collegit testimonia Patrum, & Sanctorum, pro eadem veritate: nec non Apostolorum scilicet S. Andréæ, S. Jacobi utriusq; &c. Nobis hic sufficiat ad convincendam falsitatis Propositionem dictam Ca-  
jetani, adducere duos ex Latinis, aliquos ex Græcis San-  
ctis Patribus.

S. Hieronymus, de quo Gelasius Papa, cum septua-  
ginta Episcopis, Annō 494. in Concil; Rom: dixit: *Illa & S. Augusti-*  
*sentimus, quæ Beatissimum Hieronymum sentire cognovimus. nus eventur*  
*Hic inquam Maximus Ecclesiæ Doctor, Tomo 7. ad 1l. illibatum Cō-*  
*la verba Psalmi 77. versu 14. Deduxit eos, in Nube diei, ceptum Beatae*  
*sic scribit. Nubes B. Virgo, quæ pulchre dicitur, Nubes di Virginis.*  
*ei; quia non fuit in tenebris, sed semper in luce; Audi, sem-*  
*per. Ergo neq; in primo vitæ momento, fuit in tenebris pec-  
cati, sed per vitam totam, fuit in luce gratiæ. Nam nul-  
lum dubium est de Matre Domini (ut ex eodem Sancto Hie-  
ronymo, Guilielmus Pipinus, in Seru: de Conceptione ait:) quin talis esse debuerat, quæ de peccato reaargui non posset, cùm  
hoc ad improprium filii sui fuisset.*

S. Augustinus, quem Concilium Florentinum ap-  
pellat, *Illustrissimum Doctorum Latinorum, & de quo Con-*  
*cilium Toletanum octavum, ante Annos centum, supra*  
*mille, celebratum: ait. Vir Sapientissimus Augustinus, vesti-*  
*gatione, acumine cautus, inveniendi Arte præcipuus, Sapientiæ*  
*fructu secundus, est. Et quem S. Petrus Damiani. Lingvam*  
*Ecclesiæ nominat. Hic inquam S. Doctor, Tomo 7mo.*  
*libro de Natura, & gratia. c. 36. habet hæc: Omnes pec-*

*cave*

coverunt; excepta B. Virgine, de qua propter Honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo Questionem. Itide enim scimus, Ei plus gratiae collatum fuisset, ad vincendum omni ex parte peccatum, que concipere, ac patere meruit Eum, quem constat, nullum habuisse peccatum. Vt iba hæc intelligenda sunt de peccatis, iam Actualibus, quam originali, ut sat clarum est, ex illo, *omni ex parte*. Ratio item ducet ex honore Christi, æquè militat pro exclusione peccati originalis, ac etiam Actualis. Neq; dicas cum Estio; In nonnullis codicibus manuscriptis haberis notam interrogandi, Unde enim scimus? non autem affirmationem. Contra enim clarè eit. Tum quia, illa Lectio cum nota interrogandi, pugnat cum filo discursus, S. Augustini: ut consideranti patet. Tum quia receptissima Lectio, non habet Unde, sed Inde. Et ita legit Magister Sententiarum in 3. Dist: 3. & S. Thomas 3. parte Quest: 27. Artic. 4. & communissime ceteri. Idem S. Doctor, libro de quinq; Hæresibus, fol: 16. Manichæis dicentibus Non esse dignum, ut tanta Majestas, per sordes & squalores fæmina, transisse credatur: circa numerum fel: 18 vi inducit DEU VI, respondentem sic. Hæc, quam despicias, Manichæi, Mater mea est, sed manu fabricata est mea; Unde sordes in domo, ad quam nullus habitator accessit? Solus ad eam Dominus, & fabricator ejus venit. Si solus DEUS ad eam venit. Ergo prius non fuit à Dæmonie polluta per originale peccatum.

*Non non alii* S. Sabbas, qui ante mille Annos floruit & ad usum Ecclesiæ Græcæ, confecit Cræcorum Patroni Menæa, si-  
*sæcili Patres.* ve Rituale. Is ergo ipsem Menorum Collector, San-

ctus

Etus Sabbas, retractorum Patrum sensu "imbutur," die 2. Januarii, Ode 2. de S. Gerdio, dicit. *Nemo, ut Tu Domina, inculpatus est aequè: nec præter Te, intaminatus quispiam, ò, nœvo nulli subiecta!* Et ibidem de S. Malachia: *In Te o Domina, quæ nulli unquam culpe affinis fuisti spem meam omnem repono.* Item ibidem Ode 9. de S. Syncletica. *In Te, MARIA, primi Parentis, substituit lapsus, ultra pergendi facultate sublatâ.*

S. Damascenus, Ode, de Peata Virgine, inserta Menæis, 27 Januarii, sic eam alloquitur. *Salve passercule nitidissime, absq; ulla nœvi vel umbra; ò semper & ubiq; inculpatissima Numinis Mater.* Item 25, Marni: in Menæis Græcorum leguntur hæc: *DEUS Providentiâ singulari perfecit, ut Sacra Virgo, ab ipso vitæ sive principio, tam omnino existeret pura, quam esse puram decebat illam, quæ tanto bono, id est Christo digna existeret.*

S. Theophanes Episcopus Nicænus, in Menæis, die 23 Februarii, Ode 4. & 5. de Sancto Polycarpo, sic exclamat de MARIA gloria. *O! à cunctis fôrdibus intamina ra, & super omnes inculpatos, inculpatissima Domina!*  
Aliorum SS. Patruin testimonia, pro illibata Conceptione Virginis, Vide sub Propositione III. V. & VIII.

*Nota mò.* Ex P. Joanne Absolone, sub Theologica Thesi, 44. Nullus Sanctus, vel Sancta, à tempore Extravagantium Sixti IV. (id est Ab Annô 1483) Pontificis fuit, qui pia de Immaculata Conceptione Sententia, non adhæceret ex Animo. Ita impedimentum, quod minus legitime

timè, in Catalogum Sanctorum Beatorumq; referatur, sibi  
met obiicit, quisquis de Conceptione magnæ Matris, se-  
cùs, quām omnis nunc iam Ecclesia, sentit.

*Nota ad.* A nonnullis pro illibato Conceptu B. Vir-  
ginis, allegari solet locus, ex S. Bernardo, Serm. 4. super  
dam textus *Salve Regina*; ubi habentur hæc: *Libanus mons, qui dici-  
allegari solet rur, dealbatio, signat B. Virgo pre omnibus Innocentiam Tuam;*  
*ex S.Bernar. Innocens fuisti ab originalibus, & ab Actualibus peccatis, nemo  
do & Flavio ita preter Te.* Item allegari, pro immunitate B. Virginis,  
*Dextre.* Solet, sub nomine Divi Bernardi Sermo 13. de Cæna Do-  
mini. Verū, Sermonum super *Salve Regina*, verus Au-  
thor non est S. Bernardus, Clarevallensis, sed est Bernar-  
dus Archiepiscopus Toletanus; ut scribit Julianus, Ar-  
chipresbyter in Chronico, & alii, ex Ordine S. Benedicti as-  
sumptus, ferdcoœvus S. Bernardi Abbatis. Et quod ma-  
ius est, ex contextu ulteriori patet, ab illo Toletano Bernar-  
do non affirmari, nisi emundationem à peccato originis,  
iam contracto: ut sat clarè deducit P. Raynaudus, in Di-  
ptychis Marianis. Sermonum etiam illorū 15. de Cæna Do-  
mini verus Author est, quidam Ogerius, qui fuit Abbas  
in Cænobio Lucedii, in Italia, ut habetur in manuscripto  
Codice, Cænobii Stafurdenlis, apud Salutianos, qui nunc  
asservatur, in Bibliotheca, Serenissimi Sabaudia Ducis.  
Citari solet & Flavius Lucius Dexter, qui dicitur vixisse  
seculo 4. & in fragmento sui Chronici fol: 113. scripsisse, à  
*Sancti Jacobi prædicatione, celebratur in Hispania Festum, Im-  
maculatae, & illibatæ Conceptionis DEI Genitricis MARIAE.* Ast  
patet ex contextu, ut annotavit Raynaudus, & Bivarius, ibi

Au.

Authorem locutum esse, de Conceptione Activa B. Virginis non de passiva: de qua hic querimus.

*Accedit.* Quod licet Flavius Dexter scripsit Chronicon, ut testatur S. Hieronymus: tamen Chronicon, quod ante annos ferè octoginta, sub nomine Flavii Dextri, est vulgatum, Eruditissimus Dionysius Petavius lib: 1. Epist: 19. cum nonnullis aliis assertit, esse ab aliquo Nebulone imperitissimo confitum, nec dissentit à Petavio P. Raynaldus Tomo II. fol: 282.

## PROPOSITIO VII.

Conceptio Immaculata, invictè expugnatur à Doctrina Sanctorum Omnis.

*Ita Rhamnus in lib: de Universali Corruptione Parte 5ta.*

Opinio vulgo pia, est contra omnes  
Sanctos Patres, & Antiquos Doctores.

*Ita Libellatores in supplici suo libello.*

Sententia assertiva Immaculatæ Conceptionis repugnat dictis, sexaginta & ducentorum Patrum, ac Doctorum. *Ita*

*Necastrius in Tract: de Concept: B. Virginis.*

**Q**uod non omnibus Sanctis Patribus adversatur pia Sententia, constat sufficienter. Tum ex dictis sub Propositione III. V. VI.

*Evidenter deducitur Sen-  
tentiā pia non  
repugnare  
Sæcis Omni-  
bus Patribus.*

Tum

Tum, quia alia pia Sententia esset erronea, & heretica; cùm tamen à Sixto IV. in Bulli, que incipi: *Gravem nimis.* Damnata sit expressè Propositio hæc: *Qui tenent Beatam Virginem absq; origingli peccato conceptam, mortaliter peccant, & sunt heretici.* Similiter eandem Propositionem damnarunt, alii plurimi Pontifices, Succellores, in Sede Apostolica Sixti IV,

Insuper constat falsitas Propositionum dictarum; Tum ex eo; Quia nullus magis Sanctorum Patrum, Sententias veneratur, & sequitur, quād Ecclesia Catholica, Romani Pontifices, & omnes insimul Universitates Orthodoxæ. Hi tamen clare profitentur, B. Virginem in sua Conceptione fuisse illibatam. Tum quia sūdem Patres, qui à Neo-Castrio, Rhamno, & Caietano adducuntur contra piam Sententiam. Idem inquam, communiter dicunt: solum Christum esse sinè peccato natum: solum ipsum à peccato Actuali fuisse immunem; & tamen B. Virginem fuisse Sanctificatam in utero & natam sinè peccato, certum est apud omnes Orthodoxos. Indubitatum item, ab ea nullum peccatum Actuale, commissum fuisse; ut declaravit Concilium Tridentinum. Seif, 6. Canon: 23. Cùm ergo Patres dicunt: Omnes, exceptō solō Christō esse peccatō originali maculatos: solum illa locutione adstruunt, quod omnes, exceptō solō Christō secundūm suam naturam considerati, aut peccatum incurrent, aut illud haberent, si à Redemptore Christo non prævenirentur, per infusionem habitualis gratiæ; Beatam verò Virginem sic fuisse præservatam, asserunt multis in locis Patres, etiam ii, qui

Chi

Christum solum à peccato originali exeperunt, ut ostensum sub Propositione IV. & VI.

Sat bene item P. Salmeton (unus ex decem primis Patribus Soc: JESU) Respondet in Disp: 41. in Epist: ad Rom: nempe à Patribus in multis casibus, pro uno eodemq; Sumi Christum & eius Matrem; & sic dicit Sanctus Augustinus, Homil: 4. de Assumptione. *Cum gratiæ unitate ipsa specialitas naturæ unum efficit, Matrem & Filium.* Et S. Damianus Serm: 2. de Nativ: *Habitat DEUS in Virgine, cum qua unius naturæ habet identitatem.* Proinde quando Conceptionem & nativitatem Christi Domini excipiunt Patres, à peccato, etiam Matris Conceptionem subintelligunt.

*Nota imò.* Dum Sancti Patres quidam, inter quos Sanctus Maximus, in serm: de Assump: S. Damascenus lib: 3. de Fide, c. 2. dicunt E. Virginem mundatam, vel purgatam à peccato, intelligendum est, præservativè mundatam. Unde & S. Thomas in 3. part. quæst: 32. Artic: 4. ad primum ait. *Ideo dicit S. Damascenus, quod Spiritus S. supervenit Virgini, purgans ipsam, id est præservans.* Et superius, Quæst: 23. art: 3. ad 3. *Spiritus S. in B. Virgine fecit purgationem, quasi præparatoriam ad Christi Conceptionem,* quæ non fuit ab aliqua impuritate culpæ vel fomitis, sed mentem Ejus magis in unum colligens, & à multitudine sustollens: *Nam & Angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inventitur:* ut Dionysius dicit c. 6. Eccles. Hierar:

*Nota 2dō.* Demus aliquos Patres Antiquos docuisse,

In quo sensu  
dicitur Bea-  
tum Virginem  
esse mundatam?

Modò constat B. Virginem non fuisse immunem, à labe originali. Proclarig veritas tempore illo, id probabiliter locuti sunt; quia (ut rectè adverbiac. Cœc.?) tit Joannes Major in 3. Distinct. 3. Quæsti. 1.) non constabat veritas istius Conclusionis, sicut modò constat, ut patet per Concilii (Basiensis) Sixti IV: & Universitatum determinationem, & crebra miracula, super illa Conceptione facta; nes erat Festum Conceptionis, in tanta celebritate celebratum, tunc, sicut modo. In dò post Maiorem, qui floruit circa Annum 1500. Acceserunt Decreta Pauli V. Gregorii XV. Alexandri VII. Declaratio Concili Tridentini impensè faventia, puritatis originali, Virginis; Acceserunt de novo multa miracula, Revelationes, Academizæ & Universitates plurimæ, Consensus ferd omnium Fidelium. Quid ergo mirum est, Patres aliquos, non invenisse, nec vidisse, quæ latebant, & non quæ rehantur? quām multa nunc firmiter ut certa tenemus, quæ præteritis sæculis erant ignota, aut dubia; ut de Processione Spiritus S. à Patre & Filio: de B. Virginis immunitate à peccato veriali, & Eius Assumptione cum Corpore ad Cælestia. De creatione Animæ rationalis, de Animarum Sanctorum statim post mortem Corporis, fruitione DEI, per visionem Beatificam &c.

*Nota 3<sup>ta</sup>.* Patres, si qui sunt, qui dicunt Conceptionem Virginis non fuisse Sanctam, fuisse maculatam, & in peccato; intelligendi sunt loqui, de Conceptione prima, materiali, imperfecta: non verò de Conceptione secunda, formalis, completa, perfecta. Vide dicta, sub Propositione IX.  
*Patres aliqui* de conceptione Materiali.

*Nota 4<sup>ta</sup>.* Etsi, ut dixi supra, nunc indubitatum sic post decla-

declarationem Concilii Tridentini, à B. Virgine, nullum unquam peccatum Actuale commissum, tamen ab eadem B. Virgine, Orationem Dominicam *Pater noster &c.* utpote à Christo Domino traditam, frequenter fuisse recitatam, nullus negabit: ut dicit Magnus Suarez Tomo 2. in 3. part: Disput: 4. Sect: 4. illa autem verba: *Dimitte nobis debitos nostra*, proferebat B. Virgo, pro aliis, seu pro Universa Ecclesia, pro se vero gratias potius de acceptis beneficiis agebat, eorumq; perpetuam durationem postulabat.

## PROPOSITIO VIII.

Constat, Sanctum Augustinum, & Sanctum Anselmum, expressè docuisse, Beatae MARIAE Virginis fuisse Conceptionem maculatam. *Ita Cajetanus in Tract: de Conceptione B. Virginis cap. 4.*

**I**Mō pro veritate piaæ Sententiae stetisse Sanctum Augustinum, sufficienter constat, ex dictis sub Propositione VI.

Addo. Divus Augustinus, in lib: 5. contra Julianum. cap. 15. statuit Principium hoc. *Is, qui in adulca etate, peccatum nullum fecit, in infantili etate peccatum non contraxit;* Et ideo Christus profecto peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Sed B. Virgo ab omni peccato Actuali,

Rationibz ex S. Augustino  
desūptis pro-  
batur Immacu-  
lata concep-  
tio

am veniali, semper immunitus fuit; ut docet idem S. Doctor libro de natura & gratia, c. 36. estq; id indubitatum, apud Catholicos, (etsi olim n. in s. pienter, Gregorius Ariminensis, in 2. Sententiarum, Distinct: 31. cum quibusdam aliis senserit, P. Virginem habuisse aliquando veniale peccatum Actuale) cum haec sit constans Ecclesiae firmaq; traditio, & Sententia. Unde dicit Concilium Tridentinum. Sess. 6. Canon: 23. Si quis hominem semel justificatum, dixerit amplius peccare, non posse, neq; gratiam amittere, atq; ideo eum qui labitur & peccat, nunquam vere fuisse justificatum, aut contra, posse in tota vita, peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali DEI Privilegio, quemadmodum de B. Virgine MARIA, tenet Ecclesia, Anathema sit. Ergo B. Virgo iuxta Augustinum, fuit immunita labe originali.

Idem S. Doctor Tomo 9. Serm: de Assumpt: B. MARIAE Virginis, (quem sermonem ipse S. Thomas, 3. part: Quæst: 30. Artic: 2. ad 2. & alibi, cum pluribus tribuit Sancto Augustino) dicit: Illud Sacratissimum Corpus, de quo Christus Carnem Assumpsit, escam verimib[us] traditum, in communi sorde putredinis, & futurum de vermis pulverem, quia sentire non valeo, dicere pertimesco. Quænam causa huius pertimentia? Respondebat ipse met. Quia non im- merito excipitur, quam tanta servat gratia! & attollit digni- tatis prærogativa! Quia si voluit integrum Matrem, Virginita- tis servare pudore, cur non velit incorruptam a putredinis ser- vare factore? Quia, nunquid non pertinet ad benitatem Do- minii, Matris servare honorem, qui legem non solvere venerat, sed

sed adimplere. Quia, qui in vita, præ ceteris, illam gratiâ sui conceptus honoravit, Pium est credere, singulari salvatione, eam in morte, & speciali gratiâ honorâse. Quia, putredo & vermis, humanæ est opprebiuum conditionis. Porro Rationibûs his validius propugnari, illibatum conceptum Virginis, quis non videat?

Sanctum Anselmum, Archiepiscopum Cantuariensem (qui floruit circa Annum 1090) fuisse Patronum piaæ Sententiae, constat sufficienter, ex eius Textibus; Quorum aliquos hic appono. Libr: de Conceptione Virg: & de peccato originali. c. 18. (locus est apud Divum Thomam, in i. Sentent: Disp: 44. q. unica, alibi nec non apud alios Scholasticos Theologos celebratissimus pro hac veritate, quo Vir Sanctus afferit potuisse quidem Christum concipi, de muliere peccatrice, sed decuisse concipi de Matre purissima. Nempe (inquit ille) decens erat, ut ea puritate, qua major sub DEO nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui DEUS Pater, unicum Filium suum, quem de corde suo, æqualem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset, idemq; communis DEI Patris, & Virginis Filius, & quam ipse Filius facere sibi Matrem eligebat, & de qua Spiritus S. volebat, & operaturus erat, ut conciperetur & nasceretur ille de quo procedebat. Sed profectio maior aliqua puritas potuisset tunc DEO intelligi, si Virgo vel ad unicum momentum fædata fuisset peccati originali: immo re ipsa, Angeli & primi Parentes nostri, maiorem obtinuissent puritatem, quam Beata Virgo.

Idem S. Anselmus in Serm: de Concept: qui etiam conti-

S. Anselmus  
Defensor est  
piaæ Sententiae

continetur in Officiis approbatis à Sexto IV. & aliis Pontificibus, ait. DEUS Angelos, alii peccanibus, à peccato servavit; & fæminam Matrem suam futuram, ab aliorum peccatis exortem servare non potuit? in æternitate Consilii sui, statuit Eam Dominatricem, & Reginam fieri Angelorum, & tunc Angelis inferiorem gratiam datam, in consortium conceptam, esse crederemus hominum peccatorum? Existimet hoc qui vult, argumentis suis probet, qui vult, his quæ dicimus, aduersetur qui vult. Ego donec ostendar mihi DEUS, aliquid dignius excellentiâ Dominiæ meæ dici posse, quæ dixi, dico, quæ scripsi non muto.

Neq; dicas primò. Cùm Caietano, loco supra citatô: Utq; S. Augustinus in lib: 10. super Genesim, ad literam dicit. Carnem B. Virginis, fuisse carnem peccati. Sanctus etiam Anselmus, in libro. Cur DEUS Homo c. 16. ait. Licet ipsa Christi Concepio munda sit, Virgo tamen ipsa, unde assumpta est, in iniquitatibus concepia est & in peccatis concepit eam Mater ejus. Respondetur enim, sola Caro Christi, non est Caro peccati; quia, ut dicit S. Augustinus Epist: 99. Non est Carnali concupiscentiâ, sive seminata, sive concepia. Caro vero B. Virginis, fuit caro peccati, non ex eo, quod Anima illius fuerit, originali peccato coquinata: ast, quia Caro B. Virginis, ex concubitu processit, & formata est, in quo est voluptas, & concupiscentia, quæ licet in coniugib; non semper peccata sunt; sunt tamen effectus peccati originalis. Verba adducta ex lib: 2. Cur DEUS Homo, non sunt Sancti Anselmi, etiab Anselmo San-

Objectiones  
in contra sol-  
yuntur.

et scripta: sed inquirentis Discipuli, Bosonis nomine, Anselmum interrogantis; ut patet legenti illud Caput. Ecce certè, quis credit, S. Anselmum, eximium Doctorem & cultorem B. Virginis, censuisse Eam, non solum in peccato conceptam; sed & natam? utique sciebat ab Ecclesia Universa Nativitatem Deiparæ, ut Sanctam celebrari? cum tamen post illa verba, cap. 15. *In peccatis concepit Eam Mater ejus: immedia<sup>t</sup>e additur, & cum originali peccato nata est, quia & ipsa in Adam peccavit, in quo omnes peccaverunt.*

Neco dicas zedo. Cum Neocastrio, S. Anselmus, evidenter convellit vulgo piam Sententiam, siquidem in Meditatione quadam, ad DEUM sic loquitur. *Animam Gloriosæ Virginis MARIE in culpa macule originalis creasti, sed consequenter eandem à primaria labe purgasti, & amictu munditiæ decorasti, & in Sanctitatis puritate postea confirmasti.*

Respondeatur. Testimonium hoc, omnino à Neocastro confitum esse; nec enim in libro decem Meditationum, (qui incipit *Evigila*) nec in alio Meditationum libro, cuius initium est: *Dum considero.* Nec demum in ullo libro Sancti Anselmi invenitur.

PROPO-

## PROPOSITIO IX.

Divus Bernardus, Conceptionem Beatæ Virginis Immaculatam, clarissimè impugnat in sua Epistola 174, ad Canonicos Lugdunenses datâ; totusquè ibi est in reprehendendo Festo Conceptionis, tanquam Immaculatæ & Sanctæ.

*Ita omnes Patroni rigida Sententiae.*

*S. Bernardus de Immaculata Concep: quid censuit?*

**C**oncedo, in illa Epistola, inter alia haberi hæc. *Ante Conceptum sui Sanctificari minimè potuit, quoniam non erat.* Sed neq; in ipso quidem Conceptu, propter peccatum, quod inerat. Restat ut post Conceptum, in utero jam existens, Sanctificationem accepisse credatur, quæ exclusò peccato, Sanctam fecerit Nativitatem, non tamen Conceptionem. Uno excepto Domino JESU, qui de spiritu S. conceptus fuit? de cætero universos respicit ex Adam natos, quod unus humiliter de seipso & veraciter confitetur, in iniquitatibus, inquietus, conceptus sum, & in peccatis concepit me Mater mea. Cùm hæc itaq; se habeant, quo pacto, aut Sanctus afferetur conceptus, qui de Spiritu Sancto non est; aut festus habebitur, qui minimè Sanctus est? Libenter Gloriosa, hoc honore carebit, quod vel peccatum honori, vel falsa videtur induci Sanctitas.

Respon-

Hucusq; Sanctus Bernardus in illa Epistola 174.

Sed ad ista

**R**espondetur imd. A gravissimis Theologis, ut Bellarmi-  
no, libro 4. de Amiss. Gratiae, & statu peccati c. 16. <sup>multifariè ad Objectionē ex S. Bernar-</sup> Valentia in 3. p. Dist: 2. Quæst. 1. Puncto 2. Fran-  
cisco Bivatio, Opus: de hoc Argumento. lib: 2. §. 3. Gra-  
nado, & aliis communiter; S. Bernardum in illa Epist: lo-  
cutum fuisse, de Conceptione Materiali Generationis, (alio  
hæc nomine vocari solet, conceptio seminum, conceptio  
Carnis, conceptio prima imperfecta, prima formatio fæ-  
tūs &c.) quæ exerceri solet in ipso concubitu Parentum,  
cum motu concupiscentiæ, quæ concupiscentia, ab Apostolo  
dicitur *peccatum impropiè*, habetq; insuper ordinariè secum  
propriè dictum peccatum, nempe veniale, annexum, ratione  
excessū libidinis: non autem locutum fuisse, de conceptio-  
ne formalī (vocari hæc etiam solet, conceptio naturarum, per-  
sonæ. Conceptio 2da perfecta, animatio, infusio Animæ  
Rationalis, &c.) Horum Theologorum & communis Re-  
sponsio, fundatur in verbis, S. Bernardi, in eodem Epist:  
contentis; *Nunquid potuit maritalibus osculis, & amplexibus,*  
*Sanctitas admisceris ut simul cocepta esset, & Sancta.* Nō valuit B.  
Virgo ante Sancta esse, quam esse, siquidē nō erat, antequæ cōciperetur.  
An fortè inter amplexus maritales, Sanctitas, se ipsi conceptioni  
immiscuit, ut simul Sanctificata fuerit & concepta? peccatum  
quomodo non fuit, ubi libido non defuit? nisi fortè, quis dicat,  
de Spiritu S., Eam, & non de Viro fuisse conceptam, sed id hac-  
tenus inauditum. Maritales autem amplexus, & oscula  
Maritalia, motus concupiscentiæ, interveniunt in concepti-

one prima, non in secunda. Et ita mentem mellissimæ Doctoris, intellexerunt Antiquissimi Theologi, qui S. Bernardi temporibus viciniores fuerunt. Illi enim inquirendo, An B. Virgo fuerit Sanctificata, ante animationem? Respondent negativè. Probantq; id præcipuè ex citata Epistola, Authoritate S. Bernardi. Sic facit Magnus Albertus, in 3. Dist: 3. Art. 4. Alensis, 3. p. Summa, Quæst: 9. Membro 2. Artic: 2. S. Thomas, in 3. Distinct: 3. Quæst: 1. Art: 1. Santos Bonaventura, in 3. Dist: 3. Art: 1. Quæst: 1. Subtilis item Doctor, Scotus, ad obiectionem illam, ex S. Bernardo desumptam, in 3. Dis: 3. Respondet sic. *Ad Argumentum Bernardi posset Responderi; Quod in instanti conceptionis naturæ, fuisse Sanctificatio, non à culpa, quæ tunc infuit, quia nulla fuit, sed à culpa, quæ tunc infuisse, nisi tunc, gratia illi animæ fuisse infusa. Et, si arguatur, quod ibi fuit libido; falsum est, de conceptione naturarum, licet posset concedi, fuisse in conceptione, & commixtione Seminum.*

*2dō Respondeat P. Theophilus Raynaudus, Tomo 7.  
fol: 147. Quod S. Bernardus, quamvis non esset alienus,  
à puritate Deiparae, eamq; foveret animo, (ut Cardinalis  
Baronius in Annalibus suis, ad Annum 1136. pronuntiavit)  
illud tamen in Lugdunensibus Canonicis improbabavit, quod  
Marianæ Conceptionis Festum, recenter instituerint, in  
consulta Sede Apostolicā. Ut autem Solennitatem illam  
diffunderet, vel fortius eos urgeret, ad consulendam Apo-  
stolicam Cortynam, difficultates, quæ contra puritatem con-  
ceptionis secundæ, esse poterant, non dissimulavit, nec aliter*

se gesisse videtur, hoc in parte, quām aliqui Patres, qui  
in hæresi alicuius oppugnatione, nimio refellendi servore,  
in contrarium errorem deflectere videntur & ulterius, quām  
parsit abripi. Quod ipsum in Gregorio Neo-Cæsariensi &  
Dionysio Alexandrino notavit S. Basilius (de illo, Epist: 64.  
de hoc Epist: 41.) qui non secus Dionysio accidisse ait, quām  
plantatori cuiquam, qui recentis plantæ correcturus aver-  
sionem, ita immoderatè illam retorquet, ut in contrarium  
abducat, aberrans à medio. Idem cum Patre Raynaudo  
in præsenti materia, de S. Bernardo, respondet P. Perlinus  
Theologus celebris, & nonnulli alii.

stiò Respondent. P. Petrus de Hoieda in Informati-  
o pro Immaculata Conceptione, c. 14. Egidius à Præsent;  
In Opere de Conceptione. Martinus de Rea. Tomo 2.  
singul: c. 10. Antonius Jepes, Generalis Chronicæ Bene-  
dictinæ Tomo 7. Centur: 7. & alii, multi. Rationibus à  
P. Hoveda, adductis, convicti, ut testatur prædictus An-  
tonius. Respondent inquam, Epistolam illam non esse San-  
cti Bernardi, sed esse cuiusdam Nicolai Monachi, qui  
fuit S. Bernardo à Secretis & calamo. Hemo quidem is erat  
apprimè doctus, & S. Bernardi in scribendo styli æmulus,  
ac ad amissim, imitator, ut refert Cardinalis Baronius  
Tomo 12, ad Annum 1146. Verùm simul astutissimus simu-  
lator, & insignis falsarius, utpote, qui multas Epistolæ,  
sub nomine S. Bernardi scriptæ, falsoq; Sigillō munivit, ut  
ipse S. Bernardus, de illo Nicolao conqueritur, Epistolæ  
284, ad Eugenium Papam, inquiens. Periclitati sumus in

fratribus, & multæ literæ false, sub falso Sigillo nostro in manus multorum exierunt. Et Epist. 298. Præter libros, Denarios, & Aureos multos, in ipso exitu, ejus (id est Nicolai) inventa sunt apud illum sigilla tria unum ejus proprium, alterum Prioris, tertium nostrum: ipsumq; non antiquum, sed novellum, quod & ob ipsius dolos, & furtivas surreptiones, mutare nuper coactus fueram; hoc enim est, quod Vobis tacito nomine, scripsisse, me memini, quia videlicet periclitati sumus, in falsis fratribus, quis possit dicere, ad quam mulias Personas, sub nomine meo, que voluit, scripsit? Quis mibi det, ut ipsa vestra Curia, ad purum purgetur fæce mendaciorum ejus. Porro citatam Epist. 174. esse à fabrico illo Nicolao conscriptam, multis probat, Pater Hoveda, cum sat sufficienti solutione Objectionum in contra.

### Mihi omnes tres Responsiones, vindentur sat probabiles.

**S**ed demus esse omnino certum, Epistolam illam, ab ipso met mellifluo S. Doctore conscriptam esse, sensisseq; protunc, nondum adulta luce huius veritatis, piæ Sententiae oppositum, ut opinatur etiam P. Vasquez, in 3. p. Disp. 177. P. Canisius de B. Virginie lib. 1. & alii, tamen indubitatum est, si nunc inter mortales degeret prædictus Sanctus, cerneretq; à tota Ecclesia conceptionem formalem Beatæ Virginis, ut Immaculatam & Sanctam celebrari non minus, quam olim Festum, & memoria Assumptionis & Nativitatis celebrabatur, legeret exceptiones Concilii Tridentini, pro omnimoda puritate B. Virginis, evol-

veret

Veret tot  
xi unive  
se faven  
omnia c  
ambabus  
tissimus  
omnes E  
bit Petr  
prædict  
Ecclesia  
& teneo  
cepi ab E  
sumpta d  
Festa ga  
Ecclesia,  
dum, fi  
Santa I  
ans Na  
cludit hi  
ta sunt,  
tati atq;  
universa  
dare.  
  
ptione  
quod in  
bido. S  
et Sen

veret tot Pontificum diplomata; lustraret Orbis Orthodoxi universas Academias, & tot volumina Doctorum, impensis faventia illibatae Conceptioni Virginis, si inquam hæc omnia cerneret, evolveret, lustraret, indubitate non est, quod ambabus manibus, piam amplectereatur Sententiam, amansissimus Deiparae Alumnus, Divus Bernardus: quippe, qui omnes Ei Ordinis Cisterciensis Basilicas dedicavit, ut scribit Petrus Cellensis, lib: 6. Epist: 23. constatq; id ipsum ex praedicta Epist: ut dicitur, S. Bernardi, in qua de Romana Ecclesia loquens, scribit. *Ego vero, quod ab illa accepi, securus & teneo, & trado, quod non scrupulosius fatior admirerim. Accipi ab Ecclesia illa, diem summae veneratione colendum, quo assumpta de seculo nequam, Cælis quoq; intulit, celeberrimorum Festa gaudiorum. Sed & ortum Virginis didici nihilominus in Ecclesia, & ab Ecclesia indubitanter haberi festivum, atq; Sanctum, firmissime cum Ecclesia sentiens, in utero eam accepisse, ut Sancta prodiret.* Non fallitur Sancta Ecclesia Sanctum reputans Nativitatis ejus diem. Demum Epistolam eandem, concludit his verbis. *Quæ autem dixi, absq; prejudicio sanè dicta sunt, sanius Sapientis; Romanæ præsertim Ecclesiæ Authoritati atq; examini totum hoc, sicut & cetera, quæ ejusmodi sunt universa reservo, ipsius si quid aliter sapio, paratus judicio emendare.*

*Nota Imò.* Licet S. Bernardus agendo de Conceptione B. Virginis, absolutè asseruerit (ut vidimus suprà) quod in Conceptione Eius (intellige prima) non defuerit libido: Subtilis verò Scotus dixerit, posse id concedi: tamen est Sententia pluri morum Theologorum inter quos est Galatinus,

tius lib: 7. de Arcanis, cap. 3. Fernandez in Caput 28:um Genelis, Spinellus lib: de Throno DEI c. 18. qui docent, quod illa Conceptio prima, contigerit sine illa libidinosa coceptione ullū inordinatione; doctrinæ huius consonat Revelatio S. Brigittæ lib: 1. Revelationum, c. 19. in qui B. Virgo sic loquens introducitur. *Ipse DEUS Conjugium Patris mei & Matris tantum Castitate conjunxit, ut tunc non inveniretur castius conjugium.*  
*& cum sibi nuntiatum esset ab Angelo, quod Virginem parerent, unde salus Mundi procederet, magis voluissent mori, quam carnali more convenire, & voluptas in eis mortua erat.* Tamen pro certo dico tibi, quod ex Charitate Divina, & ex Verbo Angeli nuntianti, convenerunt carne, non ex concupiscentia aliqua voluptatis. Consonat haec doctrina & Sanctis Patribus, ut S. Ildephonso, qui in sermone de Nativitate B. MARIE dicit: ex Anna sterii & Patre iam senecte post refrigerescientem calorem & omnis ab amore libidinis discessum B. Virgo est nata. Simile quid S. Damascenus habet serm: de Nativitate Deiparæ.

*Nota 2d.* Nicolaus Monachus, (de quo paulò supra dictum) in Epist: sua ad Petrum Cellensem, quæ inter eiusdem Petri Epistolas habetur, lib: 9. Tomo 1. Bibliotheca veterum Patrum habet hæc: *S. ille Bernardus, quondam Sanctorum Catalogo adscriptus, nuper est in Ecclesia Canonizatus & ab hominū iudicio exceptus; Exceptus inquit est; ne de ejus gloria dubitemus, sed nō ut minus de ejus dictis disputemus. Ego sic veneror B. confessus Bernardū, ut laudem & amorem ejus Santitatem, qui nec amē, nec laudem ejus opinionem, in Matris Domini Conceptionem. Et ne putes, me magis pertinaci, quam bonā conscientiā agere, que di-*

eo, audi, quid ab ipsis Cisterciensibus, vera Religione preditis, & Virginem in veritate diligenteribus, acceperint de S. Bernardo, quorum nomina abscondo sub modo, ne odiosos faciam Fratrum suorum Collegio. In Clarevallensi Collegio, quidam Conversus bene Religiosus, in visu noctis, vidit Abbatem Bernardum, niveis indutam vestibus, quasi ad mamillam pectora, survam habere maculam. Quem ex admiratione tristior alloquens. Quid est inquit Pater, quod nigram in Te maculam video? Et ille, Quid de Deinæ nostræ Conceptione, scripsi non scribenda: Signum purgationis mee, maculam in corpore porto. Frater, visa Conventus imotorius: & aliquis Fratrum, in scriptura redegit. Relatum est in Cisterciensi Generali Capitulo, & de communi Consilio scriptum incendiō periti. Petrus etiam Aureolus, Ordinis Minorum, ex Provinciali Aquitanie, Archiepiscopus Avenensis, floruit Annō Domini 1317. Is in 3. Sent. dist: 3. Art: 3. ait.

Bernardus dicitur illam opinionem, scilicet de conceptione maculata, retractasse, saltem mortuus, unde dicitur quod apparuit cui apparuisse dam Monacho post mortem, cum macula in pectore, propter illa, post mortem que dixerat, de Conceptione Virginis gloriose. Sed apparitionem macula, nem praedictam, à vero alienam esse, censent plurimi, Marianæ Innocentiae strenui Defensores. Inter quos Joannes Maior, in 2. dist: 30. q. 4. Dionysius Carthusianus lib: de falsa macula S. Bernardi. Pater Raynaudus Temo fol: 148. Quibus libens assentior Ratio est, Tumquæ ex una parte, illam apparitionem refert absolute ferè solus, unicus Nicolaus Monachus, homo, ut constat ex dictis supra, insignis fallarius, & S. Bernardi, hostis. Mentionem quidem facit, illius apparitionis, etiam Aureolus, sed solùm sub hoc, multum de probabilitate, diminuente, Termino, dicitur.

Ex

Ex altera verò parte, sat congruenter ostensum est, in Responsione prima, nihil in illa Epistola contineri oppositum, Immaculatæ formalis Concepionis: Tum quia tempore, Sancti Bernardi, qui obiit Annō 1123, non erant adeo multifaria, & adeo gravia fundamenta, pro illibato conceptu B. Virg., ut sunt, incipiendo præseruit ab Anne 146. ad nostra tempora: liberumq; tunc fuit, sine ulla læsione conscientiæ, sentire & dicere contrarium piaæ Sententiæ, immo rigida Sententia, etiam tempore Sancti Bonaventuræ, qui obiit Annō 1274 communiter in Schola Parisiensi, assertebatur; ut constat ex eodem Sancto Bonaventura in 21. distinct: 3. Artic: 1. Quæst: 2. Tum quia Divus Bernardus sat clare multis in locis tuetur illibatum Conceputum Virginis.

In sermone enim de Priviligiis Sancti Joannis Baptiste dicit: *Quicunq; de Massa prevaricante, Mundum ingredimur, longam restem originalis peccati, nobiscum trahimus; solus ille qui peccatum non fecit, excipitur: & quæ Eum Virginali sui uteri Thalamo ignorans Virum, & ignorato Viro terris effudit.* Et Serm: de Nativit: *Caro MARIE ex Adam assumpta, maculam Adæ non admisit.* Hicq; Textus appositus est in Oficio Divino, approbato per Sextum IV. Item Serm: de Aquæ ductu. *Pura (inquit) siquidem humanitas in MARIA non modo pura ab omni contaminatione, sed & pura, singularitate naturæ.*

PRO-

## PROPOSITIO X.

Constat Sanctum Thomam expressè do-  
cuisse, Beatam Virginem in Originali  
labe Conceptam, *Ita Cajetanus in Opusculo,*  
*de Conceptione Beatæ Virginis cap: 4,*

Fateor juxta Divi Thomæ doctrinam,  
mihi hac in parte probatam, dicendum  
esset, Sententiam de Immaculata Con-  
ceptione esse hereticam. *Ita Ferrarens-*  
*sis, teste Catharino lib: 1. pro Conceptione.*

Certè, cur apud cuiusdam celeberrimi Ordinis Reli-  
giósos, Conceptio Maculata, antea inualuerit, fer-  
raria ratio fuit, quod credebatur, in hac Sententia  
fuisse Divum Themam. Verum, Oppositum sat dilucidè,  
tum ex eius Libris ostenditur, tum ex multiplici Ratione;

*Primus.* Locus clarissimus habetur, & vix non radiis Angelicū Do-  
solaribus conscriptus in 1. Sent: dist: 44. Quæst: unica Art: 3. Horè piae Sen-  
tētia fuisse Defensorem  
ad 3. Ubí postquam proposuisset Art: 1. An DEUS possit  
aliquid melius facere, quam fecit; descendit postea in par- probatur.

ticulari, Quæst: 3. Quærendo An DEUS potuerit facere  
*Tum ex ejus libris.* Humanitatem Christi, meliorem, quā sit: & in 3. Argumento dicit: *Videtur, quod & Beatissima Virgine, nihil melius possit facere DEUS, quia hæc, secundum Anselmum, debuit eā puritate nitere; quā sub DEO major non potest intelligi.* Ad hoc Argumentum Respondet S. Doctor, his formulis: *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati, inquinatum sit, & talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & Actuali immunis fuit: Fuit tamen sub DEO, quatenus erat in Ea, potentia ad peccandum.* Quid evidenter dici poterat, pro illibata Conceptio-  
ne Virginis? Unde Illustrissimus Pater Magister Gaspar Catalan, de Monzonis, Ordinis Prædicatorum, electus E-  
piscopus Jlerdensis, in Epistola sua ad Michælem de Lanu-  
za, Equitem Ordinis S. Jacobi, à Consilio Regis Catho-  
lici, eiusq; in Regno Aragoniæ, Protonotarium, Annō 1651,  
sta Septembris, scribit hæc: [Me percunctatur tua Do-  
minatio: An S. Thomas in aliqua parte sui Operis, do-  
cuit B. Virginem fuisse præservatam, à peccato originali.  
Respondeo, quod sic, ac primo in lib: 1. Sent: Dist: 44. (*Ci-  
tatisq; Textibus S. Thomæ suprà relatis addit*) Talis fuit solu-  
tio Doctoris Angelici, in qua exprestè, ac evidenter affir-  
mat, B. Virginem fuisse præservatam à peccato originali,  
his verbis: *A peccato Originali & Actuali immunis fuit. Nam  
vox immunis illam fuisse exemptam, ac præservataui ex  
speciali Privilegio significat.* Porro quemadmodum Di-

vus Thomas per illud: *immunis à peccato Actuali* denotavit,  
quod DEUS sic B. Virginem à peccato Actuali tam mor-  
tali, quam veniali, ex peculiari Privilegio præservavit, ut  
nec per unicum temporis momentum, eius labem ad miserit:  
ita æquè mirus dubitandum est, S. Doctorem per illa ver-  
ba: *Immunis fuit à peccato Originali*, etiam affirmasse DEI  
Genitricem, ne e per unum infans, maculæ Originalis for-  
dem agnovisse, ob specialem DEI manutentiam, ac præ-  
regatim: quâ ab eadem fuit præservata, alioqui Ange-  
licus Doctor, non lequeretur prudenter, aut tanquam Theo-  
logus, utendo in una, ac eadem Propositione, verbo, *im-  
munis*, cum æquivocatione, ac varietate significationum:  
nec meritò dixisset, DEUM præservasse, aut exmisso, di-  
lectissimam suam Matrem, à macula originali, sed tantum  
exteruisse, iam contractam] Hucusq[ue] ille,

Bergomensis quidem, in *Aurea* sua, (verius, plumbea)  
*tabula*, Respondebat S. Thomas: nō voluisse, quod B. Vir-  
go, peccatō originali caruerit, et si illud contraxit antea.  
Verū Responsio hæc nullatenus subsistit. Tum quia puri-  
tas B. Virginis, non fuisset tanta, ut maior in Creatis esse  
nequeat; posset enim esse maior, si nunquam peccasset. Tum  
quia, alias, puritas B. Virginis, non esset maior, quam sit  
puritas Inf. nūm, etiam Hæreticorum Baptizatorum, qui  
post Baptismum morluntur statim: quæ omnia repugnant  
S. Thomæ menti, expressæ in illo Articulo, & alibi. S. enim  
Doctor in libro 1. Sen: distinc: 17. quest: 2. Articulō 4tō.  
dicit: *In Beata Virgine fuit depuratio* (intellige præ-  
kratiya) ab omni peccato, ideo pervenit, ad sum-

mum puritatis sub DEO. Et Opus: 61. postquam afferuit DEU-  
LUM effectus Angelos: Speculum puritatis immaculatum in-  
coquinatum, incontaminatum: adiu: quod ad denontran-  
dam magi: iuam infinitam potentiam, fecerit. Speculum ter-  
tius & purius Seraphim, ac tantæ puritatis, ut purius intelligi  
non possit, nisi DEUS sit. Et hoc speculum est, B. Virgo, de qua  
S. Anselmus, lib: de Concept: c. 19. ait: Decuit ut Virgo, quam  
DEUS Unigenito Filio suo, præparavit in Matrem, ea puritate  
niteret, quæ major sub DEO nequit intelligi. Ex his constat,  
S. Thomam, locutum iuisse de ea puritate, in allatis Tex-  
tibus, quæ conveniat soli B. Virginis, nec ulli creaturæ pu-  
ræ, præter illam. Ergo Explicatio illa Bergomensis, de  
era carentia omnis peccati, pro aliquo tantum tempore,  
st patenter erronea, siquidem talis mea carentia, conve-  
nit non solum Angelis, sed omnibus etiam infantibus, post  
Baptismum mortuis, & aliis plurimi's Sanctis. Neq; dicas  
testimonium illud, adeo evidenter favens pia Sententia, de-  
sumptum ex 1. Sent: dist: 44: quæst: 1 Art: 5. non reperitur  
in una Editione Antverpiensi, cui præfuit Cosmas, Morel-  
les. Concedo non reperi in una illa Editione, sed reperi-  
tur in aliis omnibus editionibus, ut in Editione Romana ius-  
su Pii V. edita: & in Editionibus Parisiensibus, Annō 1532  
& 1529. nec non in Editione Veneta, Anni 1555. item in ve-  
tustissimis Manuscriptis.

edus locus S. Thomæ, pro illibato Conceptu Virgi-  
nis, est in Expositione c. 3. Epist. ad Galat: Lect: 6. ubi E-  
ditiones omnes antiquæ, sic habent: *Virum de mille unum*

*repe-*

reperi  
herem a  
ad minu  
de digni  
moder  
à Rem  
Contra  
facta si  
isq; in  
ait: O  
lam co  
antique  
mæ, su  
nalis S  
bito, U  
intelligi  
ter adm  
gni mo  
vitatem  
lib: Ex  
taria, in  
Summa  
tentie i  
flus T  
Opus

reperi (nempe Ch. istum) qui esset sine omni peccato: Mu-  
lierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato immunis esset,  
ad minus originali, vel veniali: excipitur purissima & omni lau-  
de dignissima Virgo MARIA. Exceptio hæc in Editionibus  
modernis expuncta est: & quidem in Antverpiensi Annō 1591.  
à Remigio Florentino, omissa est. Sed habetur in horum  
Commentationum super Epistolas Pauli impressionibus, quæ  
factæ sunt Parisis An: 1529 & 1532, ac Venetiis 1555, in ali-  
isq; insuper diversis septem impressionibus antiquis.

Tertio. In Expositione Epist: ad Rom: 5. S. Thomas  
ait: *Omnis in Adam peccaverunt, excepta B. Virgine, quæ nul-  
lam contraxit maculam Originalis peccati;* Ut habetur in  
Antiquo Originali manuscrito Codice Operum Sancti Tho-  
mæ, super Epistolas S. Pauli, reperto in Bibliotheca Cardi-  
nalis Sforzæ An: 1623. & per Cardinalem de Trexo, exhi-  
bito, Urbano VIII. Pontifex autem illa verba legens, &  
intelligens ea, non inveniri in novis Editionibus, vehemen-  
ter admiratus muniendo se signo Crucis, dixit: Res est ma-  
gni momenti, ac consideratione digna, mihiq; magnam no-  
vitatem & admirationem attulit: Vide P. Eusebium, in  
lib: Exceptionum Concilii Tridentini c. 21. Porro Commen-  
taria, in Epistolas Sancti Pauli, scripsit Divus Thomas, post  
Summatum suæ Theologiae: Unde si quid contrarium piæ Sen-  
tentiae reperitur in Summa, id correxisse videtur San-  
ctus Thomas in his Commentariis.

4to. In prima impressione Opusculorum S. Thomæ,  
Opusculorum in Expositione Salutationis Angelicæ, ut videre  
est

est in Exemplaribus existentibus in Monasterio Patrum S. Brigittæ, in Ducatu Clivijensi, & apud Conventuales Colonienses, exstant hæc verba: *Quantum ad puritatem, B. Virgo, non solum fuit pura in se, sed etiam procuravit puritatem aliis, ipsa enim purissima fuit, quantum ad omnem culpam, quia nec Originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit.* Et sic etiam reperitur in diversis Originalibus manuscriptis, uno existente in Bibliotheca Regia Parisiensi, altero, in Monasterio Parcensi Præmonstratensium, prope Lovanium, & aliis pluribus. Sicq; hoc testimonium Divi Thomæ citat Pater Salmeron (unus ex decem primitis Patribus Societatis JESU, obiit Annô 1585) in Epist: ad Roman: disp: 51, affirmatq; Cardinalem Turrecrematam, Nobilissimum Thomistam, verba citata esse Divi Thomæ, proprio suo calculo confirmasse. Pater Canisius lib: 1. de B. Virgine, c. 6. Bernardinus de Bustis, in Officio, de Conceptione, 8. die, Lect: 1. Et en nunc modō sunt ea Verba truncata, sed contraria planè Sententia exarata legitur, in illo Divi Thomæ Opusculo.

Doctor Angelicus, dum Neapoli ad Imaginem Crucifixi vehementius oraret, audivit vocem hanc: *Bene scriptisti de me Thoma.* Verū ex hucusq; dictis constat tātūtificienter, Divum Thomā, etiam de pretiosissima DEI Parente, bene scripsisse.

*Tum Ratione multifaria.* Probatur id ipsum 2do multiplici ratione Sanctum Thomam Suffragari Immaculatæ Conceptioni.

Primi. Quia aliæ invalidæ forent omnes Rationes, quas assert S. Thomas 1.p.q.27.art: 4. pro adstruenda im-

munit-

munitate B. Virginis, ab omni culpa, etiam veniali, Rationes enim eius sunt istae: Quia (inquit ille) Virgo non fuisset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando. Tum quia honor Parentum redundat in Prolem, iuxta illud Proverb: 7. *Gloria Filiorum Patres eorum.* Unde & per oppositum, ignorinia Matris, ad Filium redundasset. Tum quia singulari rem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. Dicitur autem 2. ad Corinth: 6. *Quæ Conventio Christi ad Belial?* Tum etiam quia singulari modo Deus Filius in illa habitavit: & ideo simpliciter fatendum est, quod B. Virgo nullum Actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale; ut sic in ea impleatur, quod dicitur Cant: 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Hucusq; S. Doctor. Sed hæ allatae cædem Rationes, multo magis evincunt non fuisse in B. Virginie peccatum originale; quia non fuisset idonea Mater DEI: Tum quia magis redundat dedecus in Filium ex peccato originali, quam ex Actuali; peccatum enim Actuale, non est ex se natum, à Parentibus transfundi in Filium; secundum illud Ezechielis 15. *Filius non portabit iniquitatem Patris sui:* peccatum vero originale ad hanc transfusionem est ex se natum. Tum quia peccatum originale, multi fortius, Maternam cum Filio unitatem sustulisset, utpote mortale, quam veniale Actuale. Tum quia peior longè est mæcula peccati originalis, quam venialis: imo S. Thomis 1.2. q. 89. Art: 1. in Corpore ait: *Propriè loquendo, peccatum veniale non causat maculam in Anima.* Imo est probabilis Sententia antiquorum Theologorum, ut Francisci Martini

Caræ

Carmelitæ (qui Doctor Theologiæ Patensis creatus fuit Annō 1390) Tract: 5. libri de Immaculata Concep: Suarez, Tomo 2. in 3. p. D. 3. S. 5. peccatum originale maioris esse malitiæ, quam Actuale mortale. Vide sub Propositione II. fol: 23.

Ergo si propter Rationes superiùs recensitas, ex mente S. Thomæ, non fuit ullum peccatum veniale, multò magis originale non fuit in Beata Virgine,

*Tum testimoniis* Sententiae multi celebres Thomistæ, in libris à se editis, panis Celèbriū Thomistarum lām testati sunt, ut Catharinus Episcopus Compæ, Hieronymus Lanuzi, Episcopus Balbastrensis & Albaracinus, Gaspar Catalan Episcopus Jlerdensis. Vide suprà fol: 66. Item Jacobus Hochstraten, Sacrae Theologiæ Doctor, & Inquisitor, & alii plurimi. Tum quia in Sacro Ordine Prædicatorum licet omnes Doctores, posteriores Sancto Thoma, Juramentō se cōstringant, ad defendendas Sententias Doctoris sui Angelici, tamen ex illorum numero plurimi (ut constat ex dictis & constabit etiam ex iis quæ habentur sub Propositione XXXVII) palam acerrimè propugnārunt, piam Sententiam, adeoq; idem sensisse censuerunt Divum Thomam: alias periurii fuissent; quod, quis de tantis totq; viris pietate & doctrinâ conspicuis d' cere audeat?

Tum quia, ut refert Bernardus de Bustis, sermone 3. de Conceptione, Joannes de Carth: in Homilia de Arcanis Deiparae, Doctor Bartholomaeus delos Rios, Au-

gusti-

gustianus, in Horizonte Mariano, P. Nierembergius, & alii, Frentino Episcopo Pictavionii, miranti, quod S. Thomas recetum originale B. Virginis ad scriptisset, apparuisse Angelicum Doctorem, & dixisse: *Scias Episcopem, quod solum respectum habui ad Divinum statutum, quod B. Virgo peccatum originale contrahere debuerat, nisi per Filium suum fuisset preservata, sed DEI Filius Matrem suam, ab originali malitia præservavit.* Haec omnia Vicarius ipius Episcopi (inquit Bernardus de Bustis) fidelissime exposuit, asserens se à præfato Domino Episcopo hanc visionem propriis auribus audiri. Item, idem S. Doctor, apparet Venerabilis Virginis Marinæ de Escobar, appellans Conceptionem B. Virginis Sanctissimam, dixit. *Non placere sibi illos, qui diffidentur B. Virginem sine labe conceptam, putantes inde sibi aliquem cultum & obsequium prestari. Iachipsum Religiosis sui Ordinis significari voluit, ut scribitur in lib. 4. vita huius præclaræ Virginis capite 30.*

*Accedit. Quia Divus Thomas, singulari pretio, & amere prosecutus est Præceptores suos, Alexandrum Alensem, & Abertum Magnum; hi vero asseruerunt, B. Virginem esse sine labe conceptam. Alensis enim in Commerciis suis, in Lucam ad Evangelium super Missus est ait: In Diva Virgine, fuit Universalis carentia culpæ, fuitque B. Virgo sine ullo vœ. Et super illud Cant: Magnificat. dicit: Dominus fecit B. Virginem, triumphare de Princeps Dæmonum. Genes 3. Ipsa conteret Caput tuum. Mortens autem sic fallitus Deiparam, Tota pulchra es amica mea, & neque origina-*

ginalis, neq; Actualis macula est in te; in quo dicto etiam pī-  
ctimè Animam efflavit. Albertus verò Magnus cuius fuit  
Discipulus S. Thomas & Auditor diligens per novem annos  
integros, in lib: de laudibus Mariae inquit Hec Virgo sola à com-  
muni Regula excipitur. Omnes in Adam peccaverunt. Idem  
Doctor Magnus in Explicatione Evangeli S. Lucæ, enu-  
merando multa Væ, à quibus libera fuit B. Virgo, suprà  
omne genus humanum, ait: Est aliud triplex vœ, scilicet cul-  
pæ, pœnæ, ignoranciæ, Vœ culpæ, est triplex, scilicet originalis,  
Actualis Mortalis, venialis, sine isto multiplici vœ, fuit B. Virgo.  
Ergo censendum est, S. Thomam idem hoc in passu sentisse  
cum Alesi & Alberto.

Omitto. Quod Joannes Vitalis Cardinalis (qui flo-  
ruit Annô 1312) in Tract: de Conceptione, refert se vidisse  
librum Retractionum S. Thomæ, de eo, quod dixerat  
In 3. Sententiarum, contra Conceptionem Matris DEI. I-  
dem testantur alii Viri graves, se nempe vidisse librum Re-  
tractionū, in quo scilicet ad imitationem S. Augustini, op-  
niones alias & dicta retractavit, & inter has, Opinionem  
de Concep: B. Virginis in peccato originali. Aut verius An-  
gelicus Doctor, suam clariss: explanavit mentem, & indu-  
litatam fecit pro illibato conceptu Virginis. Dixi. Omitto.  
Conceditur enim Librum fuisse Retractionum: sed an ille  
Liber verè S. Thomæ, incertum est. Imo P. Raynaudus  
Tomo II. suorum Operum, mihi fol: 265, ait. Palinodiam  
illam esse confitam, non est dubitandum.

Neq; dicas imo. S. Thomas, 1.2. q. 81. Art: 3. cui

Titu-

**Titulus.** Utrum peccatum primi Parentis, transeat per originem in omnes homines? In Corpore illius Articuli habet Desumptio hec: Dicendum, quod secundum Fidem Catholicam, firmiter est tenendum, quod omnes homines; praeter solum Christum ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt, alioquin non omnes indigerent Redemptione, quae est per Christum, quod est erroneum. Probatq; paulo superius id ipsum, ex verbis Apostoli ad Rom: 5. Mors in omnes pertransit, in quo omnes peccaverunt. Ergo iuxta S. Thomam, secundum fidem Catholicam, firmiter est tenendum B. Virginem labi originali fuisse infectam, & lege illa comprehendi; *Omnes in Adam peccaverunt.* Respondeatur. Fateor haec legi apud S. Thomam, sed Eum etiam ipsimet nonnulli celebres Thomistæ, ut Cajetanus, Joannes à S. Thoma, Franciscus Arauxo &c. Sat bene explicant, locutum scilicet fuisse S. Thomam de Conceptione ordinaria, exclusò speciali Privilegiò vel de debito peccati, non de ipso peccato originali. Et certè Explicatio eiusmodi adhibenda est, alias Propositio illa Divi Thomæ crudeliter accepta dissenaret Concilio Tridentino, quod Sess. 5. agendo de peccato originali, declaravit, Universalibus illis Propositionibus *Omnes in Adam peccaverunt &c.* Non comprehendit B. Virginem, illisq; salvis, posse agnoscere Conceptionem B. Virginis Immaculatam. Dissonaret item declarationibus Summorū Pontificum, Sixti IV, Pauli III, Clementis VIII, Pauli V, Gregorii IV, Alexandri VII, &c.

Neq; dicas ad. Utique S. Thomas clarissime in 3. Senn: dist: 3. Art: 1. dicit: *Sanctificatio B. Virginis non potuit*

esse decenter ante infusionem Animæ, quia nondum gratiæ capax erat. Sed nec in ipso instanti infusionis, ut scilicet per gratiam tunc sibi infusam præservaretur, ne culpam Originalem incurreret. Nam Christus hoc singulariter in humano genere habuit, ut Redemptione non indigeret, quia Caput nostrum est: sed aliis omnibus convenit redimi per ipsum: Hoc autem esse non posset, si aliqua alia anima inveniretur, qua nuncquam maculâ peccati infœcta fuisset: & ideo nec B. Virginis, nec alicui Sancctorum hoc concessum est, præterquam Christo. Ergo non censuit S. Thomas, B. Virginem in labo esse Conceptam. Respondet enim ad hanc Obiectionem Cardinalis Sfondrati, illam Sententiam Divi Thomæ vitiatam & suppositam esse; Probatur id inter alia ex eo, Quia ipse Vincentius Bandellus, Generalis Ordinis Sacri Prædicatorum, decretoria verba hæc: *In ipso instanti infusionis*, non ponit in Opere impresso Ferrare, An: 1502: Neq; Nicolaus Eymericus in libro, quem edidit A: 1395. Pater vero Nicolaus Cichovius, Vir in Scientiis altioribus, & Religiosa animi demissione, nulli, suo tempore in Polonia secundus, in Eruditissimo suo libello, cui Titulus: *Angelici Doctoris de B. Virgine Immaculata Conceptione Sententia.* c. 5. Respondet primum, se dubitare, an non ea verba: *Neq; in ipso instanti &c.* ex margine, in Textum irrepererint; recenseturq; multiplices huius dubitationis suæ rationes congruas, quas ibidem videre licet. add Respondeat. Quod S. Doctor, in ipsa unione & infusione animæ, agnoverit in B. Virginis, prius fuisse hominis esse, & esse personæ obnoxiaz contrahendæ Originis maculæ, quam infusionem gratiæ: quæ non nisi in 2do instanti naturæ infusa sit.

nullo

nullo modo tamen probari potest, S. Doctorem sensisse, in animatione Deiparæ, prius tempore ab Eius anima actu fuisse peccatum contractum, quām Ei infusa fuerit gratia Sanctificans. Quocirca hoc instans infusionis non est censendum esse instans temporis, sed naturæ, atq; ita nihil contra piani Sententiam facit; præsertim, quod nullibi de hoc, S. Doctor ex professo egerit: nullibi id docuerit per se; nullibi probaverit: nullam, quæ in contrarium afferri possit, Obiectionem, solverit: sed (si hæc verba eius sunt, quæ ex 3. dist: afferuntur) dicta sunt obiter, quer accidentis, & per modum accessorii incidentis: ut ideo videantur posthabenda clariori Angelici Doctoris doctrinæ, qui alicubi clare profitetur, Deiparam ita fuisse immunem, & ita puram à peccato Originali & actuali, ut solâ potentia deficiendi, puritate Divinâ fuerit inferior: alicubi multis & solidis rationibus, omne ab eius anima submovet peccatum.

Neq; dicas 3ti. Sunt & alii Angelici Doctoris plurimi Textus, in quibus dicit Nostræ Sententiæ contrarium. Respondetur, nullus exstat S. Thomæ Textus (supposito, quod non sit corruptus vel suppositus) qui prorsus militet contra piani Sententiam, oinnes enim ferè, qui afferri solent, in contra, explicari congrue possunt & debent de Concepcione Corporis B. Virginis, non verò ipsius animæ, seu de Conceptu eius generationis, non animationis, ut dilucidè ducit P. Cichovius in citato libello,

PRO-

## PROPOSITIO XI.

Dicere, quod Sanctus Thomas & alii Sancti ac prisci Doctores, (qui assertunt Beatam Virginem, cum originali peccato Conceptam) si nunc essent, dicerent oppositum: Glossa hæc, stultitia est. Hancq; ego Glossam, ita veram putaverim, quemadmodū verum puto, quod si Christus nunc in terris conversaretur, mutaret doctrinam fidei suæ, ut conformiaret se populis.

*Cajetanus in Opusc: de Concept: B. Virginis, cap. 4. ad finem.*

Afferere, quod S. Thomas, suā de Conceptione B. Virginis mutaret Sententiā, si modo viveret, frivolū est, & sine fundamento cōiecturare.

*F. Petrus Maytinex in Thesib⁹ Lovani⁹, die 23. Iulii, Añ: 1655, propugnatis, Thesi 24.*

**P**ropositiones dictas, à vero multum deflectere assertunt non solum gravissimi Theologi cum eximio Doctore,

Pa-

Patre S.  
Sed etia  
inter que  
bat: Si  
il, quod  
ut testa  
stianan  
Huius  
motiva  
rio, d  
viginis  
Thomis  
Procer  
Angeli  
ium a  
te Virg  
Ecclesia  
non est i  
mista)  
quia Ec  
Ecclesi  
celebra  
tur, lo  
Senten  
tim ci  
tam,  
Ergo

Patre Suarez, Tomo 2. in 3. p. Comment: in q. 27. Art: 2.  
 Sed etiam magnæ Authoritatis, nonnulli ipsamet Thomistæ, <sup>Improbant</sup>  
 inter quos S. Ludovicus, Bertrandus; hic enim dicere sole- <sup>dictas Propo-</sup>  
 bat: Si Antiqui Patres modò viverent, dicerent scriberentq; <sup>sitiones ipsi</sup>  
 id, quod nos sentimus, de Immaculata Reginæ Cæli Conceptione. <sup>celebres Tho-</sup>  
<sup>mista.</sup>  
 ut testatur ex eodem Ordine Prædicatorum Vincentius Ju-  
 stinianus Antistius, in Addit: ad vitam Eiusdem, cap. ultimo.  
 Huius Pronuntiati à Divo Bertrando, frequenter inculcati,  
 motiva cùm inquirerent nonnulli, satisfecit eorum deside-  
 rio, dictus Vincentius in suo Aureo Tractatu in duos de  
 viginti paragraphos distribributo. Hocq; ipsum celebris  
 Thomista, Frater Joannes à S. Thoma, in 1. part: Disput: 2.  
 Proœmiali Art: 2. etiam postea solidè evicit, ex ipsamet  
 Angelico Doctore, qui 3. p. c. 27. Art: 1. ait: Ad ter-  
 tium dicendum, quod licet Romana Ecclesia, <sup>Ex ipsog; An-</sup>  
<sup>Ecclesie</sup> Conceptionem Bea- <sup>gelico Docto-</sup>  
<sup>tæ Virginis non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum</sup>  
<sup>re refelluntur</sup>  
<sup>Ecclesiæ illud Festum celebrantium; unde talis celebritas</sup>  
<sup>non est totaliter reprobanda.</sup> Si ergo (inquit prædictus Tho-  
 mista) non est reprobanda celebritas Festi Conceptionis,  
 quia Ecclesia Romana illud tolerabat; cùm modò eadem  
 Ecclesia, non solum toleret, sed etiam positivè præcipiat,  
 celebrari tale Festum, illudq; magnis favoribus prosequa-  
 tur, loquendo in via S. Thoma, oportet vice versa de his  
 Sententiis censere, & Divus Thomas, sic censeret. Præser-  
 tim cùm ex hoc probet B. Virginem esse sine peccato na-  
 tam, quia eius festivitas celebratur ab Ecclesia Romana.  
 Ergo pariter probaret B. Virginem sine peccato fuisse con-

cepiam, si videret eius Conceptionem, nunc celebrati so-  
lennissimè à tota Ecclesia.

*Accedit imò.* Quod idem Sanctus Doctor 2.2 q. 10.  
Art. 12. in Corpore dicat: Diendum, quod maximam Au-  
thoritatem habet Ecclesiæ consuetudo, quæ in omnibus, est imitan-  
da, quia & ipsa Catholicorum Doctorum doctrina, ab Ecclesiæ  
Authoritatem habet. Unde magis est standuni Authoritati Ec-  
clesiæ, quam Augustini vel Hieronymi. Ergo ex mente Sancti  
Thomæ, prævalere debet aliis, illa Sententia, quæ pro se  
Authoritatem Ecclesiæ habet. Certum verò est, quod pia  
Sententia habet pro se Authoritatem Ecclesiæ, utpote, ce-  
lebrantis Conceptionem ut Sanctam, habet pro se, tot sum-  
mos Pontifices, Academias omnes, consensumq; omnium fe-  
rè fidelium, plurimasq; alias validas rationes, facileq; in con-  
tra oppositæ solvuntur.

*Accedit 2dō.* Quia Angelicus Doctor, summè sem-  
per proclavis fuit, in Ecclesiæ Romanæ iudicium. Unde  
Joanes XXII in Bulla eius Canonizationis, habet hæc, de  
hoc Sancto. Tanquam fidelis servus, & prudens, non perii-  
nax, non proprio sensui, aut prudentiæ irsistens, & nulla de se,  
Scientia sue opinione superbus, sapienter atq; humiliter, omnem  
suam, verbō, vel scriptō, doctrinam, ad Ecclesiæ fidei normam  
fidi devotione traduxit. Quantæ item demissionis & doc-  
toralitatis tuerit, colligi potest, etiam ex hoc. Cùm, aliquan-  
do Officio Lectoris, ad mensam fungens, syllabam recte  
pronuntiasset, & de ipsa à Praefecto Lectionis male fuisset  
admonitus, magna animi demissione, à recta pronuntiatio-  
ne discedens, liniæ correctioni se se subiecit, atq; con-  
firma-

Insigne de-  
missionis E-  
xemplum in  
S. Thoma.

formavi  
pronunt  
rum int  
sodie fa  
ri confor  
pruden  
in vivi  
nem Sa  
nem si  
corige  
Concil  
non su

Q

R

E  
cere so  
us Ca  
quidore s  
essent, t  
nia ult  
dos il  
pro G

formavit: cumq; ab amicis interrogatus fuisset: cur malè pronuntiasset? scit & humiliter respondit; Nihil aut pa-  
rum interest, syllabam brevem, aut longam, contra leges Pro-  
sodie facere; refert vero quām plurimum, sese omnino Superio-  
ri conformare, atq; ei judicium submittere. Et quomodo  
prudenter etiam vel dubitari potest, S. Thomam, si modō  
in vivis foret, & ab Ecclesia Romana, Deiparæ Conceptio-  
nem Sanctam, celebrari tam solenniter cerneret, Opini-  
onem suam, si sua fuit, non fore mutaturum: Syllabam malè  
corigenti, iudiciū suū submisit, & tot Summis Pontificibus,  
Conciliorib; Tridentino bene de Honore Virginis admonenti,  
non subiiciendum iudicaret?

Quod de Angelico Doctore dictum est, idem de  
Iiis Sacris Doctoribus judicium esto,

**R**ecensim Joannes de Ferrario, Doctor Parisiensis, &  
Generalis Magister quadragintimus secundus, celebre-  
rissimi Ordinis Prædicatorum (obiit is An: 1538) Di-  
cere solebat, (ut testatur ex eodem Sacro Ordine Ambrosi- Notabile di-  
us Catharinus in Disp: ad Concil: Trident: p. 1.) Anti- clum Prima-  
quiores Magistros, quantò magis docti & quantò magis Sancti rii Thomista:  
essent, tantò magis etiam Sententiam de Concept: Beatæ Virgi-  
nis ultro amplexaturos, non quidem sedantes alios; sed cun-  
ctos illi antevertentes animo, multò promptiore, ac propensiore,  
pro Gloria Matris D E I.

L

PRO-

## PROPOSITIO XII.

Opinio, tenens Beatam Virginem, in instanti infusionis animæ fuisse Sanctificatam, tempore Sancti Thomæ, fuit inopinabilis. *Ita Cajetanus in 3tia. p. Summae quæst: 27. Art: 2.*

Ecclesia tempore Sancti Thomæ, Sententiam vulgo piam, tolerabat; Sententiam autē ei oppositam asserebat. *Ita Ioannes à S. Thoma in 1. p. Dis. 2.*

**Q**Uoniam opiniō illa fuit inopinabilis, tempore S. Thomæ (qui obiit An: 1274. mense Julio, Ætatis suæ 50) Siquidem Patres longè ante S. Thomam, Latini & Græci illam Sententiam docebant, colebatq; Ecclesia Græca, ante Annos mille ducentos, Festum Immaculatae Conceptionis; In Anglia verò & Gallia saltem ante Annos sexcentos idem Festum colebatur? Ut ostensum sub Propositione XXV.

Ex his etiam constat, falli Joannem à S. Thoma, in sua Propositione. Concedo tamen, quod tempore Sancti Thomæ toleraverit Ecclesia Latina, Festum Conceptionis,

In aliquibus Ecclesiis celebrari solitum, ut constat ex Divo Thoma, in 3. p. q. 22. Art: 2. ad 3. Concedo item, quod tempore eiusdem S. Thomae, communiter in schola Parisiensi risus docebatur, B. Virginem fuisse in peccato originali conceptam, ut constat ex S. Bonaventura (Divo Thomae a piæ Sententiæ micissimo, & eodem Anno, quo S. Thomas, mortuo) in 3. dist: 3. Art: 1. quæst: 2. Si queratur cur nam fuerit illa Sententia communis? Respondet Adm: R: P. Thyrus Gonzales in suo Eruditissimo Tract: de Inimic: Concep: Disp: 2. Sect: 14. id factum fuisse ob triplicem Rationem. Primò. Quia illi Doctores, existimabant magis conformem hanc Sententiam menti Ecclesiæ Romanæ, quæ noluerat eosq; admittere Festum Concep:, licet illud toleraret, in Ecclesiis quibusdam particularibus, per Angliam, Galliam, Germaniam, Normaniam. 2dò. Quia Mauritius, Episcopus Parisiensis prohibuerat Annō 1175. ne Festum Conceptionis B. Virginis celebraretur in Ecclesia Parisiensi, 3tiò. Quia eo tempore Doctores Parisienses censuraverant Sententiam piam; quæ prohibitio duravit, quousq; Subtilis Joannes Dūs, vulgo Scotus, evocatus Oxoniō ex Anglia, Parisios, ita præclarè defendit in Parisiensi Academia, præsentibus Legatis Pontificiis, piam Sententiam, ut eam persuaserit Doctoribus Parisiensibus, & quidem ita eam Subtilis Doctoris Scotti cultas Parisiensis decreverit, ne oppositum piæ Sententiæ, in publicè in scholis legi possit: postea verò Annō 1497, i.e. persuadenda statuit, ut nullus deinceps Lauream, & Gradum Do-

storis vel Magistri capesseret, quin prius Immaculatam  
 Conceptionem, à se acerrimè defendendam, Jure iurando  
 promilisset; ut præter alios scribit Spondanus Episcopus  
<sup>Cur Mauri-</sup>  
<sup>tius Episcopus</sup>  
<sup>prohibuit Fe-</sup>  
<sup>stum Conce-</sup>  
<sup>ptionis cele-</sup>  
<sup>brari?</sup>  
 Apamiarum in Gallia. Ideo autem Mauritus prohibuerat  
 Festum Conceptionis celebrari, & Academia Parisiensis  
 censuraverat Sententiam piam, quia cùn viderent Con-  
 ceptionem celebrari Octauâ Decembris, & ab illo die,  
 usq; ad ostavam Septembris, quo die celebratur Nativi-  
 tas Beatæ Virginis, solum novem Menses numerantur, qui  
 regulariter transire debent, à die Materialis Conceptionis  
 factū in utero, ad diem Nativitatis ex Utero; cense-  
 bant, idem else, colere eo die Conceptionem Beatæ Virgi-  
 nis, ac colere tanquam Sanctam Conceptionem carnalem  
 Eius. Et in hac opinione iuxta multos fuit & Sanctus  
 Bernardus; hoc autem erroneum est. Licet enim etiam  
 in materiali carnali prima Conceptione B. Virginis, iux-  
 ta nonnullos Theologos (quibus consonat revelatio San-  
 ctæ Brigittæ & aliqui Patres, ut dictum suprà sub Propo-  
 sitione IX, fol: 64) nullum fuerit peccatum; tamen con-  
 stat evidenter ex Bulla Alexandri VII, coli ab Ecclesia  
 Conceptionem B. Virginis formalem. Vide hanc Alexan-  
 dri VII pro Coronide ad finem libri huius positam Bul-  
 lam à numero 1. ad 2. & à num: 10. ad 14. Vide etiam  
 dicta sub Propositione IX. & sub Proposit: XXV.

PRO-

## PROPOSITIO XIII.

Fateor, quod pia esset credulitas, sentire, quod Beatæ Virgini, quidquid gratiæ, sub Christo tamen conferri potuit ad Actualem munditiem, à peccati macula, collatum est; nisi Sanctorum Auctoritates obstant. Ita Cajetanus in Tract: de Concep: cap: 5.

**A**uctoritas Sanctorum non modò non obstat, sed firmiter roborat illam piam credulitatem. Utique S. Anselmus, lib. de Conceptione B. Virginis c. 18. scripsit? Decens erat ut ea puritate qua major sub DEO nequit intelligi, B. Virgo niteret. Quod dictum S. Anselmi, approbat Divus Thomas in 1. Senter: dist: 44. Quæstione unicâ. Et certè non decebat, ut Mater DEI, Regina Angelorum, niteret mihi ori puritate, quam Cælestes Spiritus. Et Sanctus Thomas loco citato de suo addit. Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inventari, quod nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla peccati contagione inquinatum sit, & talis fuit puritas B. Virginis.

S. Thomas de Villanova, Archiepiscopus Valentini-

nus Serm: 2. de Nativ: B. Virg'nis ait. *Quenam obsecro,  
pulchritudo? quenam Virtus? quenam gratia? quæ gloria Ma-  
tri DEI non congruit?* Solve cogitationibus habenas, dilata in-  
tellectui fimbrias, & describe apud te in animo Virginem q̄an-  
dam purissimam, prudentissimam, pulcherrimam, devotissimam,  
humillimam, mitissimam, omni gratia plenam, omni Sanctita-  
te pollentem, omnibus Virtutibus ornatam, omnibus charismati-  
bus decoratam, DEO gratissimam. Quantum potes, tantum au-  
ge: quantum vales, tantum aude; Major est ista Virgo, Superi-  
or est Virgo ista. Non Eam Spiritus S. literis descripsit, sed ti-  
bi Eam animo depingendam reliquit, ut inpelligas, nihil gratie  
aut perfectionum, aut gloriæ, quam animus in pura Creatura  
concipere possit, illi desuisse, imò re ipsa omnem intellectum su-  
perasse.

### Ad majorem enervationem Propositionis XIII.

*Quidm inten-  
sa fuerit gra-  
tia Sanctificans  
B. Virginis in  
Conceptione?*

**N**OTA primò. Ex Doctore Eximio Francisco Suárez Tomo 2. in 3. p. S. Thomæ, disput: 3. Sect: 2. Gratiam Sanctificantem B. Virginis in sua anima-  
tione collatam, intensiorem fuisse, quām fuerit suprema  
gratia, in qua singuli Angeli & homines, consumantur.

Probaturq; id imò ex Psalmo 86. *Fundamenta ejus in  
montibus Sanctis: quia fundamenta Sanctitatis Virginis po-  
lita fuerant, ubi alii Sancti consumantur.* Quia diligit Do-  
minus portas Sion super omnia Tabernacula Jacob. Necq; mi-  
rum, quia Altissimus qui Eam fundavit, in Ea factus est homo.  
Licet enim in mystico sensu argumentari, præsertim, cùm

Eccle-

Ecclesia huiusmodi scripturas B. Virginis accommodet. Et in eundem sensum videtur S. Gregorius, lib: 1. Reg: c. 1. explicare illud Isaiae 2. *Et erit preparatus mons Domini in vertice montium. Poteſt (inquit) hujus montis nomine, B. Virgo designari.* In Vertice autem montium fuisse, intelligi potest, quia gratia, quae aliis fuit finis, & terminus, illi initium ac fundamentum fuisse videtur.

Probatur 2dō. Quia i Divus Thomas in 3, p. q. 27.  
Art: 5. dicit. *B. Virgo MARIA, propinquissima principio gratie Christo fuit secundum humanitatem, quia ex Ea accepit humanam naturam, & ideo præ ceteris majorem debuit à Christo, gratiæ plenitudinem obtinere.*

Confirmatur hæc Ratio ex S. Laurentio Justiniano Serm: de Nativ: B. Virginis. Quia B. Virgo in instanti suæ Sanctificationis, plus amabatur à VERBO, quam ullus Angelus, vel homo. Sed gratia respondet a morte, & est quasi obiectum eius. Ergo maior gratia illi data fuit, quam habuerunt Angeli etiam Beati. Maior patet quia ex illo instanti amabat illam VERBUM, ut futuram sui Matrem. Totus autem hic Amor debetur Matri, & tota hæc perfectio gratiæ, optimè quadrat cum tanta dignitate. Unde eleganter S. Petrus Damiani Serm: de Annuntiat: dixit. *Attende Seraphim, & videbis, quidquid majus est, minus Virgine, solumq; Opificem, Opus istud supergredi.* Et S. Vincentius Ferrerius, Serm: 1. de Nativitate MARIAE, aperte tenet hanc Sententiam, dicens: fuisse Sanctificatam Virginem in Utero Matris, supra omnes Sanctos

ctes, & supra omnes Angelos; accommodans illud Psalmi  
*Quod inten-*  
*sa item fuit*  
*gratia B. Vir-*  
*ginis inter-*  
*mino viræ cō-*  
*temporalis?*

41. *Fluminis impetus, lētificat Civitatem DEI.* Hucusque

Doctor Eximius Franciscus Suarez.

NOTA 2dd. Idem magnus Suarez, dicit Tomo 2.  
 in 3. p. disp: 18, Secti: 4, Quod Deiparæ gratia Sancti-  
 ficans in viæ termino, consequenter & Eius gloria in Cælis,  
 superaverit Omnia Sanctorum Angelorum gratiam in  
 unum acervum, mente congregatum. Sententiam hanc Su-  
 arii, plurimi Sapientissimi Theologi sunt secuti, ut Valentia  
 3. p. dis: 2. q. 1. p. 5. Cornelius à Lapide, in c. 31. Proverb:  
 Salazar, Henriquez, Barradias, Morawski, Spinellus &c.  
 colligiturque Veritas huius Sententiae, Tum ex Sanctis  
 Patribus, quos allegat P. Suarez, Tum quia Matri DEI  
 Dignitas, omnes Sanctorum Omnia & Angelorum Di-  
 gnitates, licet in unum coniungantur, superat. Ergo &  
 Gratia Dignitati tantæ respondens, nec non & gloria Cæ-  
 lestis, omnes gratias, & gloriam, eti in unū copulentur,  
 superabat. Tum quia, B. Virgo P. Martino Guttierrez  
 facta spectabilis, gratias ei egit, quod hortatu ipsius, illam  
 Sententiam docuerit Franciscus Suarez. Probabilis i-  
 tem est doctrina nonnullorum gravissimorum Theologorum,  
 Alius etiam donis ornata primo statim instanti suæ Conceptionis, fuisse in illa ex-  
 B. Virgo in cessum istum gratiæ. Multum item probabile est, quod  
 instanti Concep- cum gratia Sanctificante, infuderit illi DEUS Scientias,  
 tionis fuit, & in eadem mensura, cum gratia, habitus supernatura-  
 les, Virtutum omnium Theologicarum, & moralium. Ha-  
 buerit insuper tunc usum rationis, & liberi arbitrii. Quin  
 etiam non improbatum est, Eam tunc ad videndum intuitu-  
 ve DEUM, elevatam fuisse.

PRO-

## PROPOSITIO XIV.

Opinio, quæ negat Beatam Virginem  
sine labe Conceptam, in sinu Sancto-  
rum & Sacrorum Doctorum priscorum  
quiescit. *Ita Cajetanus in Tract: de Concep-  
tione B. Virginis c. 5.*

**C**oncedo, Opinionem illam quiescere, quia illi rigo-  
rissimum silentium impositum est, à Summis Ponti-  
ficibus. Anno enim 1617. Sacra Congregatio Ro- Silentiū quād  
rigorosum,  
mana, & Universalis Inquisitionis, coram Sanctissimo D. impositum est  
N. Paulo V. eoq; approbante, Decretum incipiens. San-  
*ctissimus Dominus*, edidit, in quo sub gravissimis pænis prohi-  
betur, ne quispiam in publicis Cōcōnib⁹, Lectionib⁹, Cōclusio-  
nibus, & aliis quibuscumq; Actibus publicis, afferere audeat,  
B. Virginem fuisse conceptam cum peccato originali.  
Gregorius item XV, Anno 1622. Constitutione incipiente  
*Sanctissimus Dominus*, præcepit, ut *neq; in sermonibus & scri-  
ptis privatis, quispiam audeat afferere, quod eadem B. Virgo*  
*fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac Opinione af-  
firmativa, aliquomodo agere, seu tractare;* Constitutionem  
hanc, & Decretum illud Sacrae Congregationis innovavit  
Alexander VII. Vide à numero 4to ad num: 18. Bullam  
Eius, quæ exstat infra post XL Propositionem enervatam.

M

Cum

Cum verò Magister Sacri Palatii petierat facultatem, ab eodem Alexandro VII. vi cuius liberè posset loqui de hac materia, cum solo suo P. Generali, & Responsum esset ei à Pontifice, ad quem bonum finem? cum nullum posset suggestere, quem videret Pontifici placitum, abstinuit ab ul-

*In quo sensu* teriori petitione, & tacuit. Ex quo tam vocali silentio quiescit illa iniunctio, videtur (ut non malè opinantur Velasquez, Novarinius, & alii plurimi) Opinio minus pia, non aliam, quam

mortis quiete, & hanc suam cum sollicitudine & anxietate sperare posse. Concedo ergo illā opinionem quiescere, sed nego eā quiescere in Sinu Sanctorū & Sacrorum Doctorum priscorum. Adducit quidem Caietanus, ex NeoCastrio, pro sua Opinione, Sanctos quindecem, Copreolus item quadraginta, NeoCastrius supra ducentos sexaginta; sed de NeoCastrio lege ad initium libri huius in Prologo rectum Judicium magni Theologi Raynaudi, & P. Velasquez libro de B. Virgine Immaculatè concepta. fol: 40. ait. NeoCastrius totum Ingenii impetum in profliganda pia opinione infeliciter consumpsit; Auctorum quos adfert allegationes, penè omnes, à Latino Authore qui ad veracem incudem, calatum non fabricavit, Græca fide conscriptæ sunt. Et ne singulas prosequar.

- - - Crimine ab uno  
- - - Disce omnes.

Cum non veretur pro suo Commentario sive Commento, adducere Scotum. de quo certum est, quod contraria disolvevit omnia Argumenta, quæ adduci solent pro opposita Opinionē, nostramq; Sententiam aperte docuerit. in 3. dist:

NeoCastrius  
falsarius.

18. q. 1. §. *Hoc viso.* fueritq; acerrimus Propugnator Immaculatæ Concepionis, Fusiùs & magis in particulari E- undem NecCastrium, falsitatis convincunt, P. Nierembergius in Explicationibus Concilii Tridentini, Hippolitus, Marracius, præsestitim in libello cui titulus. *Fides Cajetana.* (quemq; malè correctum, stare iussit Alexander VII.) & alii. Vide etiam dicta sub Proposit: VIII. fol: 55.

## PROPOSITIO XV.

Opinio tenens, B. Virginem in instanti infusionis Animæ, fuisse Sanctificatā, hodie mulieribus, vulgo, affectuq; non nullorum pio, multorum Industriâ ac quæstu cogentibus, ita prævaluit, ut doctrinæ Sanctorum, æstimata pietas præferatur: & moderni, Antiquis; & non Sancti, Sanctis præferantur. *Ita Cajetanus in 3. p. Summae S. Thomæ, quest: 27. Art: 2.*

**S**cipserat Idem Cardinalis Cajetanus in Tractatu de Conceptione c. 5. Doctores tenentes Beatam Virginem esse præservatam à peccato originali, sunt numero infiniti, & palpabili si ad modernos spectemus: paulò tamen antè, aliqui licet pauci ter non subfuerunt ut Scotus, Franciscus de Majeronis. Et pauò infra. *Propositio hæc Cajetani, est acetō & felle mixta,*

Mz

Com-

Communis jam facta est hodie ista Opinio, ita ut omnes ferè Catholici, Latinæ Ecclesiæ, arbitrentur se obsequium præstare DEO, in hujemodi sequela Opinionis.

Itane numero infiniti Doctores, sunt mulieres, aut vulgus promiscuum? Prudenterne censeri potest, aliqua minus rationabili industriâ ac quæstu cogentibus, Doctores illos innumeros, honestatis & veritatis studiosissimos, & ferè omnes Catholicos totius Ecclesiæ, cum suis Magnatibus, Principibus, Regibus, Imperatoribus, Summis Pontificibus, coáctos esse, ad manutenendam & propugnandam piam Sententiam, quæ, quod non contrarietur Antiquis & Sanctis Patribus, in eorum Doctrinæ consonet, demonstratum sub Propositione VI. VII. VIII.

## PROPOSITIO XVI.

### Assertio Immaculatæ Conceptionis fundatur in confictis & somniatis miraculis.

Ita Libellatores. Quidnam nomine Libellatorum intelligitur, vide in Prologo. fol: 3..

Miracula, quæ in hac causâ afferuntur, pro mulierculis sunt. Cajetanus in Opusc: de

Concep: B. Virginis c. 5.

**H**arum Propositionum Authoribus, congruit dictum illud S. Irenæi, lib: 5. c. 13. Coguntur tanta (Miracula, de quibus etiam infrà) male interpretari, qui

ynum

unum, (scilicet B. Virginem à labe originali præservatam)  
nolunt bene intelligere; videnturq; non longius abire, à mo-  
do loquendi INOVAtorum, Miracula Ecclesiæ Romanæ re-  
spucatum. Recenscant, quānam illa Miracula? & evin-  
cant, ea esse figmenta, nō nudè afferant. Audiant, quæ hac in  
parte bene scripsit M: Canus, Dominican⁹ lib:ii.de locis  
Theol: Pleriq; (inquit) nostra hac ætate, perverse, ne dicam im-  
pudenter, res quas esse gestas, gravissimi Authores testari sunt,  
in dubium vocant, (imo figmenta esse appellant) qui si idoneas  
causas, probabilesq; redderent, audiendi quidem essent: cùm ve-  
rò reddant nullas, contemnendi sunt, ut qui communem  
omnium fessum exuerint, judiciorum humanorum potissima in-  
strumenta hoc est testimonia reiecerint, vītē Magistrām, pruden-  
tię subsidium, Lucem, veritatis, historiam neglexerint.

Ego à probatissimis & doctissimis Scriptoribus, *Miracula*  
consignata miracula, ex plurimis, nonnulla hic decerpso, multifaria  
quæ licet mulierculis etiam in lingua earum vernacula, recensentur,  
possint utiliter proponi, mercantur tamen & merentur le- que fidē me-  
gi ac audiri, non solum à Virginib⁹, & Matronis pru- rentur.  
denibus, ac Nobilissimis: verū etiam à Viris, qui lima-  
tissimo Judicio, insigni⁹ pollut eruditione, nec non in su- Qualia sunt.  
pereminenti dignitate constitutis.

Alexander Alensis, primarius Theologiæ Professor, *De Alensi.*  
Parisii, opinionem contrariam Inmaculatæ Conceptioni  
docuit, in 3. dist: 3. q. 9. & ipso die Conceptioni Virginis  
celebrandæ destinato, consulto nec à publicis Lectionibus  
cessibat, nec ab ea opinione promulganda abstinebat: sed

cum

cum quadam Conceptionis die, in suo proposito permanere volens, Cathedram ascendisset, subito, gravi ægritudine tentatus fuit, quæ quot annis eodem Conceptæ Virginis die recurrebat: ad extreum coniectata. ex statu recursu morbi causa, ex veto recepit, se Immaculatæ Conceptioni deinceps adstipulaturum: & librum hac de re edidit elucidans verba Cantic: 4, v. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cuius libri hunc in modum meminit Gvilielmus Earillonius, in 3. d. st. 3. *Tractatus iste, irrefragabilis Doctoris, à Tholossano Magistro, Joanne de Garrin, hujus Ordinis Doctore, contra nonnullos, Virgini de novo garrentes in universitate Tholossana, circa octo Annos, productus est.* In qua quidem de immunitate Virginis Sententia, adeo perduravit Alenis, ut sicut sæpius in vita, ita etiam moriens dixerit: *MARIA, MARIA Domina mea, tota pulchra es, & formosa, & macula Originalis aut Actualis, nunquam in te fuit.* Tam præfati miraculi, quæm editi ab Alexandro libri meminerunt Viri gravissimi, præter dictum Gvilielnum, ut Bernardinus de Bustis, Mauritus de Villa probata, Joannes de Celaia, in 3. dist. 3. qui floruit ante Annos prope 200. huncq; librum in Basilica Tholossana asservari testatur. Antonius vero Cucarus, affirmat volumen illud, sex libris constare, & in lib: 3. Alensem, sigillatim ea omnia rescindere, quæ in libris Sententiarum dixerat.

*De Duns  
Scoto.*

Joannes Duns Scotus, oh doctissima præsertim & victoriosissima certamina, pro Innocentia B. Virginis habita, *Doctoris Subtilis* titulô ab Academiis, Oxoniensi, Pa-

rifi-

risensi, Coloniensi, & à Legatis Sedis Apostolicæ, & ipso Summo Pontifice donatus, omnium fere consensu, maximus suo tempore Immaculatæ Conceptionis Vindex. Is cum Parisiis, Aulam Disputationi designatam, in qua etiam iam considerant Sedis Apostolicæ Legati, ingrederetur, cernens marmoream B. Virginis statuam, Januæ impositam, in genua procidit, dicens : *Dignare me, laudare Te, Virgo Sacrata, Da mihi virtutem contra hostes tuos.* Cui protinus, marmor Caput intexit, servaturq; hucusq; Statua, capite demisso, salutantis & Annuentis more. In illa porro disputatione, ducenta argumenta posita, contra Immaculatam Conceptionem Virginis, ita ex nunc repetiit, quasi Angelus suggereret, ita dissolvit, quasi Angelus responderet. Ut refert Hugo Cavellus, in vita Scotti. Pineda, in Advers: Princip: Ruiz, Lezana, Labbe, Bonaventura Baro, in Monumentis Joannis Scoti, & alii.

Circa Annum 1390. Doctor Gioldus de Piscariis  
etsi ex Seraphico Minorum Ord: esset, Immaculata tamen  
Conceptioni adversabatur. Dum ergo aliquando contra e-  
andem dictione longiore ad populum verba fecisset,  
moxq; è Cathedra ad Altare, Sacris operaturus accessisset,  
peracta hostiæ & calicis Sacri elevatione, apparuit illi B.  
Virgo, hostiâq; Sacra sublatâ, interrogavit, *qua fronte me-  
ditaretur, sumere Corpus de ipsa natum, quam bodie verbis ma-  
culasset?* perculso illo vehementer, ac magno cum dolo-  
re veniam petente, hostiam Sacram benigna Mater repo-  
suit. Finita Missâ illico in suggestum regressus, quæ pri-

De Gioldo  
Doctore.

us asseruerat revocavit, & quæ sibi acciderant, palam exposuit. Ita præter alios refert Joannes Vitalis in Defensione B. Virginis, ac testatur se id à pluribus fide dignis, accepisse.

*De Francisco  
Muletio.*

Anno 1428. Sva Septembbris, Franciscus Muletus, in Jure Baccalaureus, Canonicus Manresanus, à quodam Francisco Planes, in Templo Principe Manresano, die natæ Deiparæ Sacro, pugione confossum, mox vivere desit; sed tribus post horis revixit, B. Virginis gratiâ, quam impensè coluerat, licet ei immunitatem, ab originali labe pertinaciter negaret; & novem duntaxat horas postea vixit; quo tempore testatus est sacerdos, se ad hoc fuisse iterum ad vitam revocatum, ut Sacra menta susciperet, suamq; opinionem, quam iusto acrius defenserat, revocaret, & piam de Immaculata Conceptione Sententiam, quam ante Tribunal Christi, veram esse didicerat, prædicaret: & ut piam ac verissimam omnibus commendaret, quod prædictum, præstitit, ac post novem, vitæ sibi redditæ, horas, ut prædictum, Sacramentis ritè susceptis, iterum piè obiit. Res tota multoties è publica Auctoritate, & Inquisitione Juridica, accitis, auditisq; testibus comprobata, & veritas à Quæsitoribus fidei summo rigore examinata, & confirmata fuit. Tanti prodigi historiam, in claustro Collegiatæ Ecclesiæ Manresanæ, in qua contigit, depictam, cum aliqui obliteratam vellent, Inquisitio Barchinonensis, quæ in ea ora, tutandæ fidei Catholicæ excubat, semel & iterum interpellata, post causam serio discussam, induci vetuit, attestam miraculô veritatem. Ita refert Joannes Serranus Episcopus

scopus Acernensis, Franciscus de Torres, Josephus Minor Canonicus, ac Officialis Generalis Ecclesiæ Barcinonensis, in publico instrumento, ad S. R. Ecclesiæ Cardinales, dato die 20 Decembris. Annō 1653. Sifilinus in Corolla Virginea, qui relatā historiā, addit: *Hæc narratio est liquidissimæ ac firmissimæ Authoritatis, cùm de ejus veritate, ab iis, qui rebus fidei præsunt in Hispania, Authentica Inquisitio sèpè facta sit. N:mp: Annō 1484. 1525. 1618. 1653. & inventa sit invictè probata, adeoq; pro verissima ab omnibus habita, unde (addit ille) nullam hactenus, exceptis iis, quæ Sacris Codicibus continentur, legi historiam, quæ majorem Authoritatem & fidem præferat.*

*Sub tempus  
Concilii Basileensis mira-  
cula.*

Simul, atq; Annō 1439. Sess: 36. Decretum in Concilio Basileæ, pro B. Virgine ab originalis peccati immunitate conditum fuit, exnunc atrox lues pestifera, quæ ibidem grassabatur, cessavit; ut refert Spondanus, Episcopus Appamiarum, & alii. Decretum item illud, cùm ad primarium Cenobium Cluniacensium, ubi Generalia Ordinis Comitia agebantur, allatum, & solenni Processione exceptum est, mox triginta, quos pestis afflaverat, convalevere, & parte Anni reliqua, Monasterium, à lue pestifera fuit imminue.

Beatrix de Sylva, Lusitana, sanguine & Sanctitudine illustris, postquam hortatu Deiparae Ordinem Sancti-Monialium Immaculatæ Conceptionis cœpit instituere, ab Innocentio VIII, eius Approbationem Annō 1489. obtinuit. Sed diplomate Pontificio, dum in Hispaniam Româ prevehitur, cum navi aquis meis, magnus maior piis-

*De Beatrice  
de Sylva.*

simam Virginem occupavit; Interpellatione tamen Deiparae, per immaculatam suam Concepionem, Dip'oma Pontificum, integrum, & illasum inter scrinium aliis chartis admixtum, post duos menses reperit, tantâ cum admiratione, ut Episcopus Accitanus decernente Toletano Archiepisco, solenni Pompâ, diploma convexerit in rovum Virginis immaculatæ conceptæ Monasterium, in quo eadem Beatrix, pridie quam Professionem emitteret, B. Virgine præmonente, obdormivit. Sic, ut notat P. Velasquez ipsam literæ, quibus MARIAE immunitas firmabatur, imaginem præfervent Deiparæ præservationis, quæ *in diluvio aquarum multarum Paternæ Adami maculae, ad eam non approximârunt: sed stetit unda fluens, quia ut ipsam affatur Sanctus Sabbas. In te princi Parentis substitit lapsus, ultra per gendi facultate sublata.*

*De Viterbio.* Joannes de Viterbio, Dominicanus egerat primum adversus immaculatam Conceptionem, sed cum infirmaretur, emisit votum in hæc verba: *O Beata Virgo MARIA; si verum est, quod sine macula peccati concepta fuisti, rogo mihi sanitatem donare digneris, in signum tue puritatis, & ego voveo, toto tempore vita meæ, celebrare Festum Conceptionis, & annuntiare populis innocentiam tuam & retractare, quidquid in contrarium prædicavi. Dixit, & illico sanatus: dato campanæ ligno, populum ad Concione m evocare curavit, stupentibus Medicis, qui deploratum viderant, & quamvis Sodales, mutatam eius mentem ferrent gravissime, persistit tamen, nec ullis precibus & minis, ac persecutionibus*

Actus

Actus est, in transversum. Conscriptisq; Opus integrum,  
de Immaculata Concepcione, Quod autem hoc Opus in  
Indice librorum ab eo conscriptorum, non appareat, a-  
pud Antonium Senensem, potuit contingere, quia Opus  
illud erat parum gratum; nam ex ea ipsa causa, Antonius  
Senensis, oblitus est primi nominis, quod fuit, Antonius à  
Sancta Concepcione. Hæc P. Theophilus Raynaudus, Vir  
consummatae Eruditionis ac Scientiæ, Tomo 8. in Tra: de  
Pietate Lugdunensi.

Ambrosius Catharinus Episcopus Minoriensis, post *De Cathari-*  
*Archiepiscopus Compsanus ex Ordine Prædicatorum assu- no.*  
ptus, in Opusculo à se Romæ edito, pro Immaculata Cōcepti-  
one, ait: *Cum essem à Latronibus in itinere, cum trib⁹ comitib⁹ cir-*  
*cumvallatus, B. Virginem invocavi, ut me ita eo discrimine re-*  
*dimeret, sicut ego, illam Redemptam credidi, sic nempe ut à capti-*  
*vitate peccati originalis, quam alioquin erat incursa, fuerit*  
*præservata; unde ejus ope factum est, ut solus fuerim à captivi-*  
*tate & spoliacione præservatus, tribus aliis comitibus meis capti,*  
*spoliatis, ac postmodum liberatis, qualiter B. Virginem ab ori-*  
*ginali liberatam, non præservatam volunt Adversarii. Idem*  
*Catharinus lib. 4. contra Cajetanum pag: 337. dicit; nos-*  
*se se personas fide dignas, quibus gratiæ admirabiles in*  
*nomine Immaculatae Conceptionis obtigerunt, & periculose*  
*ægritudines depulsa.*

P. Jacobus Laines, ad Concil: Trident: à Paulo III, *De P. Laines*  
Julio item III & Pio IV, ter missus, tanquam Sedis Aposto-  
licæ Theologus, sub Pio IV, cùm iam secundus esset post

Sanctum nostrum Patrem Ignatium, totius Societatis, Præpositus Generalis, inter Patres, qui non tantum Jus consulendi haberent, sed etiam definiti, & sedit & Sententiam tulit, tanta illius Sacri confessus approbatione, admiratione, acclamatione, ut omnium iudicio, & consensu Theologorum Princeps iudicaretur. Is cum intererat Concilio, sub Paulo III, quartana Febri laboraverat, cumque in diem dissertationi de Deiparæ immunitate præfixum, quartana, consveto circuitu illi esset obventura, eaque de causa Concilium, quod singulari plausu, eius orationem excipiebat, facultatem fecerat, ut in sequentem diem, transmitteret Concionem; Ipse tamen, Patrocinio Deiparæ, & bonitate causæ, à se suscepitæ innixus datam sibi dilationem recusavit, & per tres integras horas, pro Immaculata Conceptione, magnâ ingenii vi, & doctrinæ ubertate peroravit, ad Sacram Synodus; eique persuasit, ut Sixti IV Extravagantem confirmaret, & B. Virginem, Decretō de peccato originali comprehensam, nollet. Gratam autem fuisse Deiparæ, hanc Lainii pietatem & Orationem, miraculo comprobavit DEUS. Nam ipsum dicentem, quartana febris minimè invasit, & ab ea deinceps evasit incolumis. ut refert Petrus Ribadeneira, cotæneus Lainio, Nierembergius. Item Velasquez, Raynaudus, & alii Scriptores probatissimi. Vide etiam dicta infra in Notato 1.

*De B. Joanne  
a S. Cruce.*

De Beato Joanne, à Sancta Cruce, vita' Santimoniam, & miraculis insigni, & quem Carmelitæ, post S. Teresam, Parentem agnoscunt, & colunt, scribit Marracius c. 31.

Fun-

Fundatorum MARIAN: *Quanquam, quosvis Sacros DEI Parentis dies, commendatissimos habuit, Immaculatæ tamen Conceptioni diem dicatam, singularius; propterea & inter mortales agens, ab eadem Virgine, multis gratiis curulatus fuit, & post funus in membris ejus, Purissimæ Conceptionis ejus Imago visa est.*

Cardinalis Bellarminus, in Congregatione Sacri Officii, An: 1615. coram Paulo V, inter miracula, pro nitorum Conceptionis, recensuit & hæc Primum. Quod Archiepiscopus Hispalensis, ritè discussum, & approbatum Romanum transmiserat, nempe pueri tredecimestrīs, qui ne verbum quidem effari valens, sed tantum inconditè balbutiens, tamen versusquatuor in honorem B. Virginis Immaculatæ Conceptæ, distinctissimè est elocutus. Secundum fuit. Quod naves, quæ signo Immaculatæ Conceptionis, caruē, naufragio sepulta sunt: illis tantum feliciter appulsi, quibus Immaculatæ Virginis imago, pro Castoribus fuit. Tertium erat repentinæ mortis Episcopi Carthaginensis, apud Indos occiduos F. Petri de Lavega, ex Ordine Prædicat: assumpti, qui ferociter egerat contra nonnullos in honorem Immaculatæ Conceptionis, Religiosissimam Procesionem obeyentes, quos insolenti lapidatione dissipari iusserat. Nocte enim proximè consequenti, cum valens lectum subiisset, morte subita extinctus est.

Bellarminus  
varia mira-  
cula refert.

Anno 1617, quo die, cursor Regius, pro Immaculata Conceptione, Pauli V, Decretum attulit Madritum, ubi descendit ex equo, lampas, nocturnis tantum horis, coram

Imagi-

Imagine Deiparæ accendi solita, mediâ plateâ, clara die, sponte ardere cœpit, consumpto exiguo, quod à præterita nocte supererat, oleo, perduravit flamma; ipsa, quæ supposita erat aqua, ignis fomentum. suppeditans ut scribit Eusebius Nerembergius lib. 1. de miraculis naturæ, in Europa cap. 68.

Romæ, Annô 1652. in monte Quirinali, è Regione Pontificii Palatii, Columba, Monialis ex Ordine Capucinorum, gravissimè ex calculo laborans, à Confessario ex eodem Ordine chartulam parti malè affectæ, extrinsecus admovendam accepit, cui hoc lemma, erat inscriptum; *In Conceptione tua, Virgo immaculata fuisti. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium peperisti; sed Monialis, attacu non contenta, pia fide glutivit chartam; non diu post, tres calculos egerit, duobus posterioribus, hanc sancè exiguis, quam glutiverat, charta circumvoluta, & salva omnino exivit, ita ut reliquis partibus involutis, ac latentibus, duo hæc. Immaculata & Filium, calculo accommodata apparerent, ut planè, quasi de industria, sic ad legendum visa sint divinitus collocata.* Narratio hæc variorum omni ex optione maiorum, literis approbata est. testaticè id sunt iurati & oculati testes; ut refert Petruvius, Raynaudus, Louffus.

Bernardinus de Bustis re-censet mira-cula varia. In secunda die Octavæ Conceptionis, Lest: 4. sic legitur. In quodam B. Dominici Opusculo, quod cùm Regularis esset Canonico, in Episcopatu Tolosano contra hereticos quosdam, disputando contendit, qui multas veritati contrarias conclusiones afferebant. Inter alias autem Opiniones, hanc populis prædicabant.

Bea-

Beata scilicet Virginem, non fuisse ab originali vitio præservatam. Cum verò B. Dominicus se non posse veritatem illis persuadere consiperet, taliter cum eis convenit, ut suas pariter Conclusiones, in ardenti fornace deponerent; que autem ignis ardore non deficerent, veridicæ putarentur. Deposuere igitur heretici suas in medio ignis Conclusiones, inter multa dicentes, Originali maculâ contaminata fuit Virgo MARIA; in contrarium verò B. Dominicus affirmavit. Statim verò falsas Hereticorum Conclusiones, vorax flamma consumpsit, B. verò Dominici verissima dicta, in medio ardoris flammæ, sine ulla penitus læsione nulloq; in eis apparente ignis incendio, per tres continuos dies perstitere. Hanc Historiam præter antiqua Breviaria, teste Vincentio Justiniano Antistito, ex Ordine Prædicatorum in Additionibus, ad vitam B. Ludovisi Bertrandii; item præter munimenta Antiquissima in Archivis Urbis Barcino-ne asservata, contestantur plurimi fide dignissimi, ut Petrus Lurnensis, in hist: Albigen: c. 7. quamvis in novis Editionibus abrasa sit. Antonius de Cueharo, Author Elucidarii Deiparae, editi Lutetiæ, An: 1507. P. Salmon in c. 5. Epist: ad Rom: Disput: 52. P. Canisius lib: 1. de Deipara. c. 7. Perbarts lib: 4. Stellarii, p. 1. Tartaretus in 3. dist: 3. q. 1. Alanus Parisiensis, in Prologo Defensorii, de Conceptione. Coccius libro 3. Thesauri Artic: 1. P. Petrus de Oieda, in informatione Ecclesiastica, Velaquez. &c.

In eodem Officio de Rustis approbato, habetur Narratio de Nebulone, qui ex pacto cum sociis finxit se defunctum, & in Feretro collocatus est, ut ad vocem Socii

Socii resurgeret, testaturus eō miraculō Conceptionem B. Virginis fuisse maculatam. Justo autem DEI Judiciō ad Socii inclinationem, ut in confirmationem conceptæ in peccato Virginis surgeret, qui mortuum se simulaverat, mortuus re ipsa est, ut contrariam illi falsitati veritatem, sua morte comprobaret, in Actu exercito.

Sub Martino V. Pontifice Summ-o, Lector Studii Tolossani, cùm B. Virginis Conceptionem inquinatam asserisset, populus Tolosanus in Eum concitatus, Urbe exesse iussit. Romam itaq; profectus, querelas ingentes de irrogata sibi iniuria excivit, & ut publicè suam Sententiam propugnaret, petiit. Concessit Pontifex, sed dictâ ad disputandum die, cùm plurimi adessent Doctores, Lector ille non comparuit; proinde missus est, qui Eum advocaret, sed inventus est in cubiculo suo mortuus. & quidem absq; interioribus ventris, quæ forte per secessum emiserat. Referunt hanc tragœdiā, inter cæteros, Antonius de Cucharo, in suo Elucidario, & ut rem certam, Officio suo de Immaculata Conceptione, approbato à Sixto IV inseruit, suprà citatus Bernardus de Bustis.

Plura Miracula, vide in libro cui Titulus: *Regestum Armamentarii Seraphici*. Ubi recensentur septuaginta d. o., & alia insuper recenset Catharinus lib: 4. contra Caietanum, Dorotheus, Louffius in cultu immaculatæ Conceptionis, cap. 6.

*Nota imd.* Ad Eminentissimos Congregationis Indicis

dicis Patres, quidam malè feriatus Aristarchus (ut refert Obiectio con-  
P. Raynaudus, Tomo 7. fol. 326) obtulit libellum in quo tra prodigio-  
inter alia asseruit, quod P. Joannes Eusebius Nierember- sam à P Lai-  
gius confinxerit miraculum, in subita depulsione ægritudi- nes depulsi-  
nés à Patre Jacobo Laines, de quo suprà. Probavitq; onē ægritu-  
suum assertum ex eo, quia inquietabat, Decretum de pec- dinis refelli-  
cato originali latum est sub Paulo III, cùm Laines ad Sy- tur.  
nodum Tridentinam missus sit sub Pio IV; Aristarchus hic  
censurata illa assertione, crassam suam ignorantiam, ob-  
caecatam malitiam, criminandi scabiem, vel oninia hæc in-  
simul prodidit. Certissimum enim est, etiam longè antecedenter à Paulo III Latinum missum fuisse ad Concilium Tri-  
dentinum unà cum P. Salmerone, fuisseq; illibatae Virgi-  
nis eximium Advocatum, ac repente quartanā febri libe-  
ratum. Idq; non solum scriptō consignavit, P. Nierem-  
bergius, de Ecclesia & re literaria optimè meritus, sed &  
alii plurimi gravissimi. Hic ille est Pater Laines, cui post  
decessum Pauli IV, ut deferretur Summus Pontificatus,  
consenserant & concluserant duodecem præcipui & gra-  
vissimi Cardinales. Nec facilè ab incepto destituti fuis-  
sent, nisi Sanctiones reveriti essent, tot iam inveteratis e-  
xemplis firmatas, non aliunde Pontificem, quām è Sacro  
Cardinalium Collegio, eligendi.

*Nota 2dō.* Ex occasione immediate dictorum convenit Opinio cer-  
saltem innuere, quod præter alios, prodiderunt Scriptores, traria habeb-  
omni exceptione maiores, ut Thirthemius, Surius, Spon- ficitia pro-  
darus, Anglerius, quomodo scilicet nonnulli Defensores mi- digia.

O

nus

nus piæ Sententiæ, commentitiis Miraculis, & visionibus, suam opinionem tueri cœperunt, apud Bernates in Helvetiis, Annô 1509. sed facta seria Inquisitione, per Episcopum Lausanensem, & veritate comperta, quatuor ex iis Primariis (nomina eorum & Officia, consulto reticeo, et si sciā) degradati sunt & flamnis exusti. Lege hanc notabilem historiam, apud Laurentium Surium Carthusianum Scriptorem celeberrimum, & piissimum in Commentario de rebus sua ætate gestis ad Annum 1509. Innuo item, exarata esse multifaria miracula ab Hyacintho Coquetio, in libro, cui titulus est: *B. MARIAE viscera Materna &c.* de P.F. Thoma de Lemos, oppugnatore strenuo Immaculatae Conceptionis, qui obiit Romæ Annô 1629. Verū ille liber meritò ob fictitia ea prodigia, Urbani VIII mandatō proscriptus est.

## PROPOSITIO XVII.

Miracula quæ sunt & prædicantur, in favorem Conceptionis Immaculatae, à Domino DEO permissa sunt patrari, ut errorem in Ecclesia nutriant. *Ita*  
*Enormiter  
erronea Pro-  
positio.* *Neocastrius*, in lib. cui titulus: *De Conceptione B.  
Virginis, vera, tuta, & tenenda Sententia.*

**N**onne haec Propositio, repugnat Christo Domino promittenti non prævalituras portas inferi adversus Eccle-

Ecclesiam? & Sancto Paulo dicentí, Ecclesiam Christi esse Columnam & firmamentum veritatis? Nonne item facit, DEUM esse testem falsitatis? rectissime enim Doctor Angelicus Quodlibeto 2. Art: 6. ait. *Contingere non potest, quod quis falsam doctrinam annuntians, vera Miracula faciat. Sic enim DEUS esset falsitatis testis, quod fieri non potest.* Admissa item illa Proportione, prouidubio præcipua motiva credibilitatis fidei Christianæ conveillerentur.

Alias Eiusdem NeoCastrii Propositiones horrendas, ex eiusdem libris desumptas exhibit inter alios Theophilus Raynaudus, Tō; 7. fol: 153. & T. 8. f. 326. nec non P. Velasquez lib: 3. de E: Virgine immaculatè concepta, Dissertatione 2, Adnotatione 5ta. inter quas Propositiones sunt etiam hæc.

1. *Opinio, qua Conceptio B. Virginis à peccato originali vindicatur, est insana, & semen falsitatum, captiosa ignorantia, pietas falsa, superstitiosa, temeraria, erronea, perniciosa. Estq; error Pelagii, Cælestii, & Juliani.*

NeoCastrii  
Propositiones  
execranda.

2. *Eadem Opinio est horrenda Christianæ Fidei perversitas, humanum commentum, deliramentum nequitiae, Diabolicum dogma, sanguini Christi injuriosa, & nefandissime detrahens ejus dignitati contradicens fidei antiquæ omnium Catholicorum, corruptiva fidei, hæretica.*

3. *Illicitum est ad Conciones accedere in quibus negatur peccatum originale respectu B. Virginis, & mortaliter peccant omnes, illas audientes, utpote faventes mendacibus, falsariis Concionatoribus, propter favorem, & terrenum lucrum, novos errores, & falsa miracula confingentibus, nec non annuntianti-*

bus, quæ omnino adversantur Scripturæ Sacræ, Spiritui S., Conciliis, dictisq; sexaginta & ducentrum Patrum, ac Doctorum, qui in iis, quæ pertinent ad fidem, & totos mores, Summorum Pontificum & Conciliorum constitutis, præferendi sunt.

4. Stultæ mentes, & pectora cæca, opinionem de B. Virginis immunitate à labe originali defendunt.

5. Hæresis est, sentire B. Virginem caruisse peccatō originali in sua conceptione, & contra eum, qui id afferuerit, nō argumentis, sed flammis est procedendum. Et qualiter procedendum furerat adversus NeoCastrium, qui tam enormiter erroneous, & scandalosas prædictas Propositiones, afferuit esse omnimodo veras, quin & in libris suis impressit? Judicet prudens Lector.

### PROPOSITIO XVIII.

Sanctæ Catharinæ de Senis revelatum est, Beatam Virginem conceptam esse in peccato originali, ut refert Antoninus, Archiepiscopus Florentinus in prima parte summæ sūx Tit: 7. cap. 2. Ita Cajetanus, in Tract: de Concep: B. Virginis. c. 5.

**R**espondet P. Alphonsus Salmeron, (unus ex primis decem Patribus Societatis & in Concilio Tridentino Ponficius Theologus) super Epistolam, ad Roman: 5. Disput:

Dispu  
Sect:  
c. 6.  
Nulla  
factam  
gnus,  
visa ej  
Quoc  
Conc  
Zelati  
noren  
racci  
tio S.  
tiam  
Rev  
ptor  
gnari  
Batt  
sarius  
gistro  
1380,  
præd  
quæ  
nensi  
gium  
S.C  
cise  
sis,

Disput: 52. P. Frāciscus Suarez, Tomo 2. in 3. p. Disp: 3. *Revelationē*  
Sect: 3. P. Gabriel Vasquez, Tomo 2. in 3. p. Disp: 117. *prædictā, non*  
c. 6. & alii doctissimi & piissimi Theologi, supra viginti. *esse S. Catha-*  
*Nulla ratione probari posse, Revelationem eiusmodi verē rīnæ, multi-*  
*factam S. Catharinæ, sed hæc Revelatio (ut ait Suarez Ma-* fariè deduci-  
gnus, locō citatō) tunc inventa videtur, quando necessaria tur.  
*visa est ad extenuandam Authoritatem, aliarum Revelationum.*  
Quod ipsum antea Catharinus, Disput: pro Immaculata  
Conceptione, lib: 3. adhuc clarius expressit: *Credo,* (inquit)  
*Zelatores quosdam ut haberent, quod S. Brigitæ testimonio oppo-*  
*nerent, de B. Catharina id confinxisse.* Hippolytus etiam Ma-  
raccius, libellum hac de re impressit, cui Titulus: *Vindica-*  
*tio S. Catharinæ Senensis.* in quo demonstrat esse commenta-  
tiā Revelationem illam; & certè, si verē facta fuisset illa  
Revelatio; cur nullus, ex vitæ huius Sanctæ accuratis Scri-  
ptoribus antiquioribus, illius mentionem fecit? Porro consi-  
gnarunt scriptō, Sanctæ Catharinæ vitam, & Revelationes,  
Beatus Raymundus de Capua, prædictæ Virginis Confes-  
sarius, & Comes assiduus (qui postea electus fuit, in Ma-  
gistrum Generalem Ordinis totius Prædicatorum, Annō  
1380, quo etiam Anno, ex hoc Mundo migravit Sancta  
prædicta) nec non B. Stephanus Carthusiensis, eius quo-  
què Comes perpetuus, & amanuensis; item Thomas Se-  
nensis, alter Sanctæ Confessarius; Cur item nullum vesti-  
gium, eiusmodi Revelationis, appareat in Revelationibus  
S. Catharinæ, impressis Compluti Annō 1512, iussu Fran-  
cisci de Cyneros, Archiepiscopi Toletani, nec in impres-  
sis, An: 1504 Venetiis, ut testatur oculatus testis, P. Ni-  
cola-

colaus Lancicius, Tomo 2. Opus: ii. de praxi Divinæ præsentia, cap: 13. ubi hæc habet. Addo, me Rome invenisse, ante Annos circiter 15, impressas Revelationes Sanctæ Catharinae, Annō 1534. Venetiis per Lazarum de Scardi, Antiqua lingvâ Italica, & bis me legisse continuatò illas Revelationes, cum accurata attentione -- nullam tamen prorsus invenisse, talem Revelationem, quæ etiam in speciem & indirectè indicet, Sanctissimam DEI Matrem, esse in originali peccato conceptam aut ullâ maculâ, in suâ Conceptione coquinatam. Additamentum ergo est aliquorum, qui ut fidem conciliarent suæ Sententiae, hoc S. Catharinæ Semensi adscripserunt. Fieri quidem potest, ut illa sicut Filia Spiritualis Patrum Dominicanorum, ab aliquo Confessario, edicta fuerit id ut de B Virgine sentiret; sed ut hac de re, habuerit Revelationem Divinam, nullus id verè ostendere potest. Hæc Pater Lancicius.

Testatur item Eruditissimus de Alva, *in funiculis Nodi indissolubilis*, à se visos multos manuscriptos libros Revelationum S. Catharinæ, in diversis Galliæ, Germaniæ, Flandriæ, Bibliothecis, & non comperisse in ullo, prætensam Revelationem.

Acedit. Quod Pius II, non omnes Revelationes, quæ nomine Sanctæ Catharinæ circumferuntur, recepit. Verum tantummodo, à E. Raymundo scriptas, inter quas, cùm prædicta non habeatur, non subsistit obiectus. Ad illud quod dicit Cajetanus, referri à S. Antonino, id ipsum fuisse revelatum S. Catharinæ. Respondet F. Pennelosa, primarius in Academia Viennensi Theologiae Professor, poitea Cæsareæ & Ca-

tholi-

tholicæ Maiestatis Concionator insignis: Verisimile est Respondetur  
Divum Antoninum predicam Revelationem, ut fertur, Sanctæ ad Relationem  
Catharinæ, in aliqua schedula reperiisse, & ed incidenter, suam S. Antonini  
opinionem, cui primò adhæserat, confirmasse. Imo Melchior de illa Reve-  
latione,  
Canus, lib: 11. de locis Theol:, c. 6: universaliter dicit. Di-  
vus Antoninus, non tam dedit operam, ut res veras certasq; de-  
scriberet, quād ne nihil omnino præteriret, quod scriptum in Sche-  
dulis quibuslibet reperiretur.

Hoc certum, quod prædictus Sanctus in suis Chronicis, vi-  
tam conscribens, eiusdem Sanctæ, non reminerit dictæ Re-  
velationis. Certum item, quod loco superius citato à Ca-  
rietano, non meminerit expressè S. Catharinæ, sed genera-  
liter dixit: Si quis obiiciat hanc Revelationem S. Brigittæ;  
sciendum, alias Sanctas, Miraculis claras, contrariam Revela-  
tionem habuisse.

Ad enervandam illam Propositionem XVIII, satis  
multum etiam conferunt, quæ habentur infrà sub Pro-  
positiōne XX. ubi ostenditur, pluribus ex titulis, in pre-  
tio habendas esse Revelationes Sanctæ Brigittæ &c alia-  
rum plurimarum Sanctorum, quibus revelatum est, Be-  
atam Virginem esse sine labe conceptam. Vide etiam  
sub Propositione XIX. Responsionem Patris Niereim-  
bergii.

PRO-

## PROPOSITIO XIX.

Sancta Catharina Senensis, in fine Orationis decimæ sextæ, quam habuit Romæ Annō 1377, dum esset in abstractione à sensibus, dicit, Beatam Virginem post conceptionem suam, à peccato originali mundatam. Ita communiter Patroni rigide Sententiae.

**P**robantq; id ipsum, quia in illa Oratione, continentur verba hæc. Datum est nobis Verbum Æternum, per manum MARIÆ, & de Substantia Materna, induit naturam, absq; peccati originalis macula: quia non hominis, Sed Spiritus Sancti gratiâ, facta est illa Conceptio; quod quidem non fuit sic in MARIA, quia non processit ex Massa Adæ, operatione Spiritus S., sed hominis, & quia tota illa Massa fuit putrida, non potuit, nisi in putridam naturam, Anima illa infundi, sed post Conceptionem ejus, fuit ab illo peccato originali mundata &c.

*Oratio pre-  
dicta vel non  
est S. Catha-  
rine, vel de-  
bitè explicata  
erat*

Respondet primò Cardinalis Sfondrati, cum plurimis, Orationem prædictam, non esse Sanctæ Catharinæ; Tum quia certum est, S. Catharinam non venisse Romam, nisi ab Urbano IV vocatam. hic vero electus fuit nonni-

si Annō 1379, Quomodo ergo Rcmæ Oratione in habuit, Annō 1377. cùm Romæ nō esset. Tū quia, Petrus de Alva, signo se-  
cundo, radio 36, multis docet, hanc Revelationem, vel Ora-  
tionis illa verba, conficta fuisse à Vincentio Bandello. Tum  
quia nullum exemplum reperitur in Sacris libris, aut aliis  
veris Ecclesiæ monumentis, DEUM hominis, iam vitâ  
functi, peccata, in particulari revelâsse; cur ergo revela-  
ret peccata Matris occulta, soliq̄ DEO nota & nec Magda-  
lenæ peccata, in particulari, nec Latronis, vulgavit, &  
vulgaret delicta Matris?

Respondet 2dò Pater Nierembergius Epist: 14. Re-  
velatio, vel Oratio Sanctæ Catharinæ, quamvis verissima,  
& ex DEO fuisse, tunc locuta est eo sensu, quo multi  
Doctores loquebantur, tempore eiusdem S. Catharinæ, imo  
& ante, de peccato nempe originali causaliter, non forma-  
liter contrahibili, nō contracto; sive de debito eius, nō de con-  
taminatione Actuali: DEUS enim se accommodat modo  
loquendi communiter, iuxta tempora & personas.

Respondet 2dò Pater Lancicius, loco superiori ci-  
tato. Si verè illa Oratio facta est, à S. Catharina, & non illi  
afficta, id illa in Oratione, dixit nō Deo revelata, sed ex proprio spi- Notabilis Re-  
sponsio Vene-  
raru, & sensu, tanquam ab ea, quæ fuit filia Spiritualis Pa- rabilis Patris  
trum Dominicanorum; à quibus hanc Sententiam edocēa fuerat, Lancicij.  
Sciendum autem est, quando personæ aliquæ pīe, abstractæ à  
sensibus, aliquid loquuntur, səpius eas loqui ex proprio sensu, &  
aliquando hallucinari. Hoc nimis certum est, ut sciunt rerum  
P tali-

talium periti, & constar ex historiis Ecclesiasticis Authenticis,  
Ego possem nominare quasdam Sanctas, ex Sedi Apostolice De-  
cretis, relatas in numerum Sanctorum, quarum dicta & scripta,  
in raptibus derivata, legi magnis hallucinationibus respersa, ideoq;  
non permitta imprimi. Ita & S. Catharine contigit, non semel.  
Nam in aliis Orationibus, quas diligenter legi, non semel hoc  
adverii. Siquidem Oratione gna dixit. Sanguinem Christi fu-  
isse æternum. Et Oratione ista dixit: A Beatis DEUM videri,  
non per visionem creatam, medium inter DEUM, & videntem  
Animæ; sed per visionem increatam DEI, & DEUM ipsum. Et O-  
ratione i&va, in fine, ait: Peccantes graviter peccare, quia per-  
diderunt lumen veritatis, quod acquiritur per fidem DEI. At-  
qui, non omni peccato mortali, fides amittitur, ut contra hære-  
ticos definivit Concilium Tridentinum, Sess: 6. c. 15. & Canone 28.  
Simili ergo modo, ex sensu proprio edocita à suis Confessariis, id  
dixit S. Catharina Senensis, de Conceptione Virginis Sanctissimæ,  
& non ex inspiratione, multò minus Revelatione Divina, nec  
plus hoc dictum ejus habet Authoritatis, quam dictum alicujus al-  
terius ex Ordine Sancti Dominici, Magistri & Instructoris San-  
ctæ Catharinae. Hæc omnia Venerabilis Pater Nicolaus  
Lancicius circa eiusmodi illuminatissimus. Non absimi-  
lia habet Joannes Baptista de Lezana, Carmeliticorum  
Authoruni, ex recentioribus facilè primus, in Apologetico  
de Conceptione c. 14. Non ea (inquit) que in Orationibus  
Sanctorum habentur, ipsis factas Revelationes indicant, sed ea,  
que vel ipsæ credunt, vel existimant ita esse; quod item de Be-  
ata Catharina dici potest, nimirum, quod ab aliquibus edocita,  
Virginem Sanctissimam, Originalem labem contraxisse, existimaret.

PRO-

## PROPOSITIO XX.

Beatæ Brigitæ revelatum dicitur, Beatam Virginem præservatam esse, ab originali peccato: sed oppositum est revelatum Sanctæ Catharinæ, quæ majori fide videtur digna; quia Canonizata est sicut cæteri Sancti; Sancta vero Brigitta Canonizata est tempore Schismatis, quo nullus habebatur certus, & indubitatus Papa, à Bonifacio IX. Ita Cajetanus in Tractatu de Conceptione Beatæ Virginis. cap. 5to.

**N**on tantum id de S. Brigitta dicitur, ab innumeris Viris doctissimis, sed etiam in libris Eius Revelationum, accuratè à Sapientissimis Theologis examinatarum, & à Romanis Pontificibus approbatarum, clarè id ipsum legitur, quod scilicet ipsam Divinæ Veritatis Sedes, Beata Virgo, Sanctæ Brigitæ dixerit: *Veritas est, quod ego concepta fui, sine peccato originali* (ut habetur in libro 6. Revelationum eius c. 49. &c. 55. in eodem libro 6.) Scito

quod Conceptio mea non omnibus nota fuit, quia voluit DEUS quod sicut ante legem scriptam, præcessit lex naturalis, & electio voluntaria, boni & mali, ut postea veniret lex scripta, quæ cibheret omnes inordinatos motus; sic placuit DEO, quod amici sui piè dubitarent de Conceptione mea, & quilibet ostenderet zelum suum, donec veritas illucesceret, tempore præordinato. Libro item s. c. ultimo, DEUS ait: MARIA de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta.

Perro S. Brigitæ Revelationes, pro sui veritate habent Suffragium Summorum Pontificum, Bonifacii IX, Martini V, Urbanii VI, & Conciliorum Basileensis, ac Constantinensis; Gregorius quidem XI, Annô Dom: 1377.   
 Revelatio  
 nes S. Brigitæ plurib⁹ ex titulis in pretio habenda. cùm has Revelationes, tribus Cardinalibus, & quatuor Sapientissimis Theologis, examinandas tradisset, non nisi ex eorum Judicio, eas probavit: Ipsi rūverò Judicium id fuit. Totum, quod in eis continentur, & veritate conspicuum est, & Sanctitate plenum; pellucidum, atq; perfectum. Deinde Urbanus VI, Gregori Successor, Annô 1478 post novum & accuratissimum, per quinq; Cardinales, septem Theologos, & Jurisperitos, ea runderem Revelationum, factum examen, ipse his verbis, probavit. Authenticas, & veritate plenas, à DEI Spiritu veraciter traditas, & ad utilitatem legentium, & audiēntium: pro saluberrimo Fidelium Dogmate, in DEI Ecclesia, in perpetuum cum devotione, & reverentia, studiosius observandas esse. Demum Bonifacius IX, Prædecessorum iurorum vestigiis insistens, itidem illas examinandas dedit Viris Sapientissimis, & ab illis diligenter revisas, & probatas, iisdem

ipsc

ipse verbis approbavit, quibus & Pontifex Ozias, Sanctam Judith, laudavit. c. 8. *Omnia (inquit) que locuta es, vera sunt.* Insuper, quod speciem etiam considerationem meretur, pretiumque ingens addit, Catholica Ecclesia, in Oratione Missae de S. Brigitta, DEUM sic orat: *Domine DEUS noster, qui B. Brigittæ, per Filium tuum Unigenitum, secreta Cælestia revelasti, ipsius pia intercessione, da nobis famulis tuis, in Revelatione sempiterne glorie tue, gaudere letantes.* Hinc dictas Revelationes VIII gravissimæ, in magno temper habuere pretio; ut ex Ordine Prædicatorum Joannes Turrecrēmata, Sacri Pelati Apostolici Magister, postea Cardinalis, in Prologo Definitionis, earundem Revelationum, c. 1. Ambrosius Catharinus, Archiepiscopus Compsanus, Opusc: 2. de Concept: &c. Item alii insignes Theologi, ut P. Salmeron Tomo 13. disput: 52. P. Franciscus Suarez, P. Gabriel Vasquez, locis suprà citatis. P. Petrus Canisius, lib: de Deipara, c. 10. Vadingus, Sect: 3. Legationis, Oratione ad Paulum V, Tract: II. §. 10. &c.

Revelationibus etiam aliis plurimis, DEUS comprobavit piam Sententiam; Armamentarium Seraphicum, præter supter recensitam, enumerat triginta & unam ex probatis Authoribus collectas, factas scilicet: S. Anselmo, S. Hildegardi, S. Gertrudi, S. Mechtildi, S. Elisabethæ Hungaræ, S. Franciscæ Romanæ, B. Angelæ Bohemæ, S. Norberto, Helvino Abbat, Fantino Episcopo, Petro Villanensi, Jacobo de Marchia, Beatrici de Sylva, & aliis.

Præter has triginta duas, sunt aliæ multæ, inter quas,  
est

Pluribus etiæ  
aliis Revela-  
tionibus com-  
probatur pia  
Sententia,

est illa insignis Revelatio, quæ facta est B. Oringæ, quæ alias Christina nominatur, & in Hetruria Annō 1310, pietate, & prodigiis clarissima, vivere in terris deluit. Vide Patrem Polendum Temo 1. Januarii die 10. Notatu item dignissimum, quod Religiosissima Virgo, Maria de Escobar, Ordinis Sancti-Monialium S. Brigitæ, in Hispania Fundatrix; vita Sanctimoniam, Orbi Christiano conspicua, (obiit illa Anno 1622) scripsit ad Adm̄: Rduum Provincialem Ordinis Prædicatorum, Epistolam, in qua inter alia hæc: *Veritas infallibilis est, B. Virginem Deminam nostram, sine peccato originali fuisse conceptam, & hoc à DEO ipso scio, qui Veritas ineffabilis est.* ut habetur in libro 4. vitæ ipsius, c. 9. §. 1. Eadem Venerabilis Virgo, pluribus è Familia Dominicana, Viris Eruditissimis, Sententiam piani persvasit: eamq; quidam eorum, publicè etiam propugnârunt, ac ob hanc fortitudinem, singulari corona donati sunt; ut refertur in lib: 4. vitæ ipsius, c. 31. Porro intuitu huius Virginis, imposta est lex Concionatoribus, per Hispaniam, ne sermonem ad populum incipiant, nisi prius laudem Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ Conceptæ, pronuntient.

*Extra omne  
prudēs dubiū  
est S. Brigitā  
legitimè Ca-  
nonizatā eſſe.*

*Nota imò.* Bonifacius IX licet tempore Schismatis, tamen legiūmē electus fuit Anno 1389, & verus erat Pontifex. Item Martinus V, concordi Suffragiō in Generali Constantiensi Concilio, Annō 1417, fuit Pontifex denuntiatus, & indubitatus. Utterq; autem S. Brigitam, Sanctorum Catalogo adscripsit, ut constat ex Bulla Canonizationis, in qua Martinus V sub interminatione iræ DEI, &

*San-*

Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, prohibet, ne quis  
prædicti Decreti Sententiam, infringere conetur. Unde utri-  
usq[ue] Sanctæ Canonizatio, æquè valida, atq[ue] certa est. Ex  
dictis christissimè patet, quantum à vero deflexerit Caietanus,  
qui in Opusculo suo de Concep[ti]o[n]e B. Virginis c. 5. ait. *Novelle*  
*Revelationes contra tot Santos, & antiquos Doctores, Ange-*  
*lum Satane, in Angelum lucis transformatum, aut phantasias,* Propositio  
temeraria.  
*vel etiam figmenta Sapientibus ingerere videntur. He siquidem,*  
*cum vocatis miraculis, que in hac causa afferuntur pro mulier-*  
*culis, non pro Sacra sunt Synodo: Unde non censeo digna, de qui-*  
*tus verba fiant. Merito hæc censura, graviter dispiueuit*  
*Viris Sapientissimis. Antonius de Corduba, Quest: 44.*  
*Aegidius à Præsentatione lib: 3: q. 6. & alii, censuram illam*  
*asserunt esse temerariam, & impiam, esseq[ue] projecta teme-*  
*ritatis, Revelationes S. Brigittæ, & aliorum, figmenta, &*  
*somnia dicere.*

*Nota 2dō.* Rhamnus libro de Universali corruptio- Rhamni Pro-  
ne Generis humani, parte 5, asseruit omnino dè veram esse positio nimis  
Propositionem hanc: *Revelationes, que pro Immaculata Con-* cruda & scâ-  
*ceptione B. Virginis iactantur, innotuerunt per infames, & male* dalosā.  
*vita personas atq[ue] ideo ab Angelo Satane, transfigurante se in-*  
*Angelum lucis, prodierunt.*

Itane personæ Infames, Sanctitate eximia illustres,  
Brigitta, Gertrudis, Mechitildis, & aliae, de quibus supra  
mentio facta? Non diffiteor, in Sancti Anselmi Epistola de  
Concep[ti]o[n]e inter alias Revelationes, recenseri etiam duas, qua-  
rum una facta est Diaceno, Fratri Regis Hungariae, vor  
lenti-

lenti nubere. Altera Sacerdoti, post adulterium in Seque-  
na amne, miserè merso. Sed ne sic quidem, Revelationes  
illæ, penitus reiiciendæ sunt. Potuit enim Diaconus ille,  
oblata dispensatione à Summ.o Ecclesiæ Antistite, atq; adeo  
sine peccato, velle nubere, Sacerdos verò, statim post la-  
plum suum, DEO reconciliatus, cur inter actu infames,  
recensendus?

## PROPOSITIO XXI.

Opinio de Immaculata Conceptione  
Beatæ Virginis, est nonnisi hominum è  
media plebe, lanariorum, talarium, su-  
torum, & Artificum. Ita NeoCastrius in  
Tract. de Concept. B. Virginis.

*Predicta  
Propositio e-  
videnter er-  
ronea est.*

**O**riit NeoCastrius in Calabria, Annō 1506, 27 Augu-  
sti. Nomen genuinum Neo-Castrii habes apud Pa-  
trem Velasquez lib: 4. de Immaculata Concep-  
tione, Diss: 10. Annot: 1. qui ibidem citans prædictam Pro-  
positicinem ait. *In mero meridie cœcutit (NeoCastrius) Rectissime enim P. Joannes Pineda in Advertens suis ad Pri-  
vilegium Joannis primi, Regis Aragonæ scripsit. Apri-  
mis Ecclesiæ sæculis, nullus fuit Catholicus Imperator, nullus Rex,  
nullus Princeps, nullus Vir, sanguine & statu illustris, qui hanc*  
*piam,*

piam, hanc Sanctam de Immaculata Conceptione Opinionem non  
sui professus.

Et Bernardinus de Bustis (qui ob insignem doctrinā & pietatē magno in pretio fuit apud Sextum IV, ante annum Christi 1474,) P. 1. Ser. 3. Art. 3. Hanc (inquit) piā de Immaculata Conceptione B. Virginis opinionē tenet Primō Caput Ecclesiae Summus Pontifex cum Cardinalibus, & Curia Romana: qui in die Conceptionis devotè canunt in Officio ejusdem diei: Immaculata Conceptione est hodie &c. Id ipsum ornes Confidentur Episcopi, & Sacerdotes Catholici, & Fideles. Id Abbatres, & quacunq; Ecclesiastica dignitate decorati. Id Ordo Sancti Benedicti & Canonici Regulares. Id Ordo Eremitarum Sancti Augustini: atq; Ordo Carmelitarum atq; Servorum. Id Ordo Fratrum Minorum. Et ut breviter concludam: id tenent quasi omnes cujuscunq; Religionis, paucis exceptis, quos exprimere non est opus. Idem tenet & credit tota fidelium unitas. Cujus rei testimonium reddit Capella Serenissimi Imperatoris, atq; omnium Regum, Dominationum, Potestatum, Civitatum, Oppidorum, & Villarum Ecclesie, in quibus Officium Conceptionis Nogarolicum devotissime celebratur. De Officio Nogarolico vide infra sub Propositione XXXV.

E mediane plebe hominum, præter alios Imperatores, & Reges, fuit Leo Imperator Orientis, qui elegan-  
tissimam de B. Virginis Conceptione illibata Orationem composuit? cuius meminit Cardinalis Baronius in Notis, ad Martyrologium Romanum die 8va iobris. Thomas Bo-  
sius lib. 9. de signis Ecclesiarum, & alii. Philippus IV E-

Q

pisto-

pistolam suam ad Gregorium XV pro definitione illibata  
Concep̄tioñis sic exordiuit. Horum Hispanie Regnorum Reges  
Prædecessores mei, magno colebant affetu Purissimam Conceptio-  
nem Domini Nostræ Virginis MARIE. Patet id ex oan-  
nis I Aragoniæ Regis dato diplomate, Annô Christi 1394.  
Vide illud infra.

Sententiam de Immaculata Conceptione B. Virgi-  
nis non esse opinionem solum hominum de media plebe, la-  
nacionum, sutorum, artificum, patet etiam ex eo. Quia eam appro-  
bat non tantum Concilium Basileense per Decretum suum  
formatum Annô 1439. Item Concilium Provinciale Ave-  
nionense, celebratum Annô 1457, cui interfuerunt tredecim  
Episcopi, & duo Cardinales. Vide dicta sub Propositione  
XXX. Verum etiam eam amplexi sunt, Tum omnes Pontifices  
Summi incipiendo à Sixto IV, qui obiit An: 1484, imò & quidam  
ante Sextum IV. Tum Universæ Academiarum celebriorum Orbis  
Christi, nec non omnes Sacri Ordines & Religiosæ cunctæ  
Familiae. Vide dicta sub Propositione XXVII. Et quod  
maiis est, Scriptura Sacra favet pia Sententia, eamq;  
tuentur Sancti antiqui Patres & Illustres Doctores. Vi-  
de dicta sub Propositione V. VI. VII. VIII. IX. X.

Appono Diploma Joannis I Regis Aragoniæ.

Diploma Jo-  
annis I, Regis  
Aragonias, pro  
Immaculata  
Conceptione  
B. Virginis.

**N**os Joannes DEI Gratia Rex Aragonum, Valentiae &c.  
Quid mirantur Religiosi quidam (ne dicamus quanquam  
verius, curiosi, superstitionisq; homines) Singularem Vir-  
ginem Matrem DEI Benedictam MARIAM fuisse conceptam sine  
originali peccato: dum Joannem Baptistam Materno in Utero  
San-

Sanctificatum ab illo Sancto Sanctorum (qui à Summo Cælo, & Throno æternæ ac individuæ Trinitatis egrediens, sese in ejusdem Virginis alma viscera clausit, ineffabili Mysteriō factus Homo) non dubitant defuiine tam Excellentissimæ Virginis in Concepcione almifici sui Corporis aliquid puritatē vel gratiæ ob praetensum originalē peccatum? Quam missus ad eam Cœlestis Nuntius, pacis Angelus salutando: AUE MARIA Gratiâ plena, Dominus Tecum, Benedic Tu in Mulieribus, prædicavit? Quippe raseant vociferatores inutiles, Disputatores stolidi erubescant de tam præclara, Immaculata & pura Conceptione Virginis violentia producere argumenta: decuit enim, ut ea puritate niteret, quæ sub DEO nequit major intelligi. Decuit, & profectò perfectam & perfectissimam, purissimam, & decoratam semper extitisse, & esse in omnibus, quæ omnium genuit Conditorem & Patrem, quæq; ab initio & ante sæcula Decretò æternò in Consilio Divinae Majestatis electa fuit, & præelecta gestare, quem totus nec ipsa immensa magnitudo Cœlorum capere non sufficit. Et nos qui licet immeriti dona tanta, & beneficia gratiarum ab ipsa Matre misericordiæ inter ceteros Mundi Catholicos Reges suscepimus firmiter credimus & tenemus, quod præfatae hujus Santissimæ Virginis, Sancta fuit penitus & electa Conceptio. - Hujus itaq; B. Conceptionis B. Virginis colimus puro corde Mysterium & ejus festivitatem solennem, quam Regia Domus nostra, quolibet Anno devota exultatione concelebrat, & perinde perpetuam Nostri Prædecessores Illustres memorie recolendæ & nos utiq; dedicavimus Confraterniam. Disponimus & jubemus per omnia Regna nostra & per terras annuatim cum reverentia

maxima celebrari perpetuo ab Universis & singulis Fidelibus Orthodoxis, tam Religiosis ac Clericis, quam Laicis infimis atque mediis & Supremis. - Quod si forte de cetero aliqui Prædicatores, vel cæteri cuiuscunq; fuerint Conditionis, vel Sexus, in nostro Dominio non servaverint Ordinationem hujusmodi, nullo alio præcedente edicto nostro, Claustra domosq; suas prorsus deserant, & quamdiu in contraria Opinione, in Confessione permanerint, fiant tanquam inimici nostri extra omnes terminos Regiae nostræ Ditionis - in cuius rei testimonium, præsentem fieri iussimus nostro pendenti Sigillo munitam. Datum Valentiæ 2da Februarii; in qua Festum Purificationis hujus Sæcundissimæ Virginis celebramus. Annò à Nativitate Domini. M. CCC. XCIV.

Similem Constitutionem Annō 1398 edidit Martinus I,  
 Desumptum Joannis I in Regno Aragoniæ Successor; in illa Constitu-  
 ex Diplomate tione inter alia habentur hæc. Opinionis prædicti quondam  
 Martini I, Regis Fratris nostri, hoc est, quod Gloriosissimæ Virginis & Matris  
 Regis Arago- MARIAE Beata Conceptio fuit ab omni labe originalis peccati  
 niæ, pro Immaculata Cœ- exempta, omnino firmiter inhærentes, tanquam salubri, Catholi-  
 cæ pœq; non modicum & devote, tenore hujusmodi providemus,  
 Virginis. statuimus, volumus, & etiam inhibemus, ne amodo quispiam Re-  
 ligiosus seu Clericus vel alia quævis Persona, cuiusvis conditionis  
 seu Statutis, audeat, vel præsumat dicti quondam Fratris Nostri,  
 ac nostram Opinionem hujusmodi, prædicando, disputando, aut ali-  
 ter impugnare, augere, seu quomodolibet improbare, & mi-  
 nus asserere, dicerevè illam esse damnatam, erroneam, indevo-  
 tam, seu in aliquo reprobata; quin potius abinde freno absti-  
 ventie se compescant, totaliter ori suo custodiam imponentes &c.

PRO-

## PROPOSITIO XXII.

**Titulus Immaculatæ Conceptionis in  
Bullis adulteratis fundatur. Ita Libellatores.**

**R**espondetur verbis P. Raynaudi, Tomo 7. in *Dissertatio est  
ratione de retinendo Titulo Immaculatae Conceptionis.* E calumniosa.  
diplomatibus Pontificis, pro Conceptione Immaculata, nullum prorsus occurrit, quod vel per somnum com-  
minisci liceat esse suppositum, aut adulteratum. Allegantur passim in hanc rem Decreta, Sixti IV, Alexandri VI,  
Pii V, Pauli V, & Gregorii XV. Exploratissimum est,  
Sixti Decreta esse sana, undecunq; & fermentata, cum  
exstant in Corpore Juris. Cæterorum Diplomatū Fides,  
non potest nutare, cum ritè comprobata habeantur, & ad-  
huc posteriorum caleat memoria in quibus allegantur an-  
teriora. Gratiis autem configere, Bullas illas esse adulte-  
ratas, calumnia est voluntaria, atq; temeraria. Volunta-  
ria quidem, quia cum oportuisset signare locum, tempus, op-  
fices adulterationis, ac quid insertum sit, principalibus edi-  
ctis, nil tale est factum, sed gratiis, absq; probatione, ac testē  
generatim tantum, ut melius criminatio lateat, obtruditur,  
Conceptionem Immaculatam stabiliri à nobis, per adulte-  
rata, aut etiam supposita Diplomata. Esse autem hanc ca-  
lumniam, plenè horrendam, monstrant pñnx gravissimæ infli-  
ctæ falsariis. Nequitia autem verticem, inter falsarios  
occu-

occupant, qui principalia Edicta, vel Rescripta adulterant. Inter quos Adversarii reponunt, Assertores Conceptionis Immaculatæ, non alia de causa, quam quia ipsis placet, aut ne rudes in calumniando videantur.

## PROPOSITIO XXIII.

Sacra Inquisitio Romana sub Urbano VIII, Annō 1644. Januarii 20, tulit Decretum, in quo prohibetur vocari Immaculata Conceptio; sed jubetur solum dici, Conceptio Immaculatæ Virginis. Ita à Patronis rigidæ Sententiae jactabatur, Annō 1647.

*Decretū illud si fuit, sublatum est ab Alexander VII.* **C**um supplicatum fuisset Innocentio X. qui fuit Successor Urbani VIII, legitimumne ratumq; Decretum illud foret? Respondit se in eum usq; diem, de eiusmodi Decreto, nihil scivisse, unde plurimi Sapientissimi Theologi, inter quos Calderonius, Amedæus, Salyus, aplaudente Ecclesia, titulum *Immaculatæ Conceptionis*, feliciter propugnârunt, eo fructu, ut contrario Decretō, in Actu saltem exercito prætensum illud Decretum annullaretur. Et postea Alexander VII, (ut refert Raynaudus Tomo 8.

in

in Pietate Lugd: mox ab inauguratione declaravit, Decretū si quod fuerat, ad unum particulare factum Anconitanum pertinuisse, atq; adeo non valere, quò ad alia; edixitq; ne deinceps ii, qui Decretum illud curaverant, & vi eius obstatabant, n: *Conceptio diceretur Immaculata*, iniicerent impedimentum, tive scriptoribus, tive Concionatoribus, quò minus *Conceptionem* passivam Virginis, vocarent *Immaculatam*. Et merito, cùm certum sit, à plurimis Summis Pontificibus, *Conceptionem* vocari *Immaculatam*: Religiosumq; Ordinem, ius titule *Immaculatae Conceptionis* erectum, & approbatum ab Innocentio VIII, & confirmatum deinde, à Julio II. Vide dicta sub Propositione XXVIII.

Certum item, erecta esse passim Tempa, Sacella, Aras, Statuas, Sodalitates, sub titulo *Immaculatae Conceptionis*, & de eadem *Immaculata Conceptione* impressa Officia, à plurimis recitari solita, & hæc omnia, Summis Pontificibus scientibus, & probantibus: & concessâ Indulgentiarum gratiâ, condecorantibus.

NOTA. Tusculi unum est Templum, ad Urbis muros, adscripta trabealibus literis Epigraphe. *Templum Immaculatae Conceptioni Sacrum*. De ea Epigraphe, conquerentibus Patronis, adversæ Sententiæ, Respondit Paulus V, concedere se, ut ex opposito fabricarent aliud Templum, dicandum Beatæ Virgini, cum Epigraphe: *Templum Conceptioni maculatae Sacrum*. Quod Responsum, quo spectaret, intelligentes, hæserunt: ut scribit Raynaudus Tomo 7. in Diptychis Marianis.

PRO-

## PROPOSITIO XXIV.

Ex hoc quod in Officio Conceptionis, à Pio V, in Breviarium Romanum inducto, in Responsorio octavo dicatur. Sentiant omnes tuum juvamen, quicunque celebrant Tuam Sanctam Conceptionem; celebretq; Ecclesia, & dicat, Conceptionem Sanctam. Non rectè inde infertur, quòd Conceptio Beatæ Virginis sit immaculata, celebretq; Ecclesia, & sentiat Conceptionem esse immaculatam. Ita Libellatores Romani, qui Propositionem dictam probant ex eo.

**Q**uia (inquit) non idem est, esse Sanctam Conceptionem, & esse immaculatam Conceptionem. Quia vox, Sancta, in sensu ab Ecclesia intento, tam primum, quam secundum instantis complectitur, sive ut abstrahit, à primo vel à secundo; & cùm sit terminus positivus, sufficit in altero instanti verificetur. Vox autem immaculata, exprimit Sanctitatem per negativa; hoc est per negationem cujasq; maculae. Hucusq; Libellatores.

Meri-

Merito doctissimus Antonius Calderon, librum edit,  
cui Titulum præfixit: *Monstrum est, Conceptio Sancta, & non Immaculata.* Sicut enim monstrum est, Petrus homo,  
& non animal rationale; ita & monstrum est: Conceptio  
Sancta, & non immaculata: definitivè enim iuxta S: Dio-  
nysium Areopagitam, lib: de Divinis Nominibus, cap. 12.  
*Sanctitas est ab omni scelere libera, perfectaq; ac omni ex par-  
te incontaminata, (hinc ut alii legunt, *Immaculata*) puritas.*  
Hancq; ipsam definitionem esse rectam, probat S. Thomas,  
in 3. dist: 3.q. 1. art: 1. in Corpore: approbantq; eam omnes  
Theologi Classici. Ergo, cùm ex sensu Ecclesiæ, Conce-  
ptio B. Virginis, sit Sancta, sicq; vocetur in Breviariis, &  
Martyrologiis, eo ipso, est ab omni scelere, ac omni ex par-  
te, incontaminata, seu immaculata puritas: proinde eō ipso,  
Conceptio immaculata. Ex data Sanctitatis definitione,  
patet etiam, quòd vox *Sancta*, non minus, sicut vox: *Im-  
maculata*; exprimat Sanctitatem, per negationem cuiuscunq;  
maculae mortiferæ.

Argumētatio  
est recta. Cō-  
ceptio Sancta.  
Ergo Immacu-  
lata.

## PROPOSITIONE XXV.

Ex eo, quòd Ecclesia Romana celebret  
Festum Conceptionis B. Virginis, non  
rectè infertur, B. Virginem in primo in-  
stanti suæ Conceptionis fuisse Sanctā, &  
Immaculatam. Ita Patroni Sententiæ minus pia.

**S**i qua ratur Ratio huius ipsius, Respondeatur primò à  
Caietano, in Tract: de Conceptione Beatae Virginis,  
R. cap:

Rationes af-cap: 5. Quia (inquit ille) constat, quod à quibuscumq; Catho-  
feruntur pro fiscis celebratur hoc Festum Conceptionis, celebratur ratione San-  
dicta Propositionis B. Virginis in utero Matris: sive illa Sanctificatio fu-  
tione ab Ad-  
erit præveniens, & quasi præoccupans peccati originalis Actua-  
verjariis. lem iucursum, ut opinio ista dicit: sive fuerit mundans, à peccato  
originali jam contrafacta, ut altera dicit opinio. Similiter respon-  
det Dominicus Gravina, 2. p. q. Art: 3. In hoc Feste  
(inquit) Ecclesia solum intendit declarare, quod B. Virgo fu-  
erit Sanctificata in Ventre Sanctæ Annae, quod autem hoc conti-  
gerit, in hoc vel illo instanti, non curat. In idem ferè recedit  
Responso eorum, qui cum Bandello affirmarunt, Concep-  
tionis vocabulum, ex sensu Ecclesiae, non ad naturalem B.  
Virginis Conceptionem, seu ad primam B. MARIÆ ani-  
mationem referendum esse, sed ad Spiritualem, quæ in San-  
ctificatione censetur, cùm, gratia veluti Mater, animam ipsam  
concipit.

Secundò Respondet Aureolus, in 3. dist: 3. Capreolus ibidem, Quæst: unica, Art: 3. quos communiter plures  
sequebantur Thomistæ; Festum Conceptionis non celebrari  
de ipsa Sanctitate Conceptionis, seu quia Sancta imma-  
culata, in primo instanti suæ animationis fuit Deipara: sed  
tantum in gratiarum actionem pro beneficio eius Concep-  
tionis naturalis miraculosa, ex utroq; Parente sterili (Concep-  
tionis enim istius tempore fertur S. Anna habuisse Annos 44;  
S. vero Joachim 66, vixisseq; secum 20 annis in sterilitate)  
nec non in gratiarum actionem pro beneficio Concep-  
tionis utilissimæ, utpote, quæ fuit initium nostræ reparati-

tonis; sicut similiter etiam est Festum Inventionis S. Crucis,  
Apparitionis S. Michælis, quæ Sancta propriè, nec dīci,  
nec esse necesse est, imò nec sunt; sed Sanctus est D E U S,  
cui in illis festis referuntur gratiæ, pro beneficio Inventi-  
onis, Apparitionis.

Tertiò Respondent alii, cum F. Francisco Combe-  
sis, Disp: 1. de hæresi Monothelitarum, c. 3. v. 2. per parti-  
tatem hanc. Ex eo, quod Ecclesia Græca, 23 Ibris cele-  
bret Festum Conceptionis S. Joannis Baptistæ, non rectè  
infertur, Baptistam fuisse sine peccato originali conceptum.  
Ergo & in præsenti.

Sed hæ Responsiones patenter non subsistunt. Non  
prima Responsio, Quia eam esse omnino erroneam & dif- *Et convellū-*  
formem Constitutionibus Summorum Pontificum, Sixti IV, *tur evidenter*  
Pauli V, Gregorii XV, nec non Alexandri VII, eviden-  
ter constat ex Bulla eiusdem Alexandri VII, edita An: 1661.  
die 8. Decembris, quæ incipit: *Solicitudo omnium Ecclesiarum*  
*ubi habentur hæc. Sanè vetus est Christi Fidelium erga*  
*ejus B. Matrem Virginem MARIAM pietas, sentientium, Ejus ani-  
mam in primo instanti creationis, atq; infusionis in Corpus, fu-  
isse speciali DEI Gratia & Privilegio - à macula peccati ori-  
ginalis præservatam, immunem, atq; NB. in hoc sensu ejus Con-  
ceptionis, festivitatem celebrantium, - Vide ad calcem libri*  
*huius Bulam, à numero primo, ad numerum tertium.*

Accedit. Quia stante illâ Response, Festum Con-  
ceptionis evanesceret, & propriè dici deberet, Festum San-  
ctificationis, quod est directè contra Bullam Gregorii XV

editam Annō Domini 1612. M̄ii 24, quæ incipit. *Sanctissimus Dominus noster Paulus V. &c.* in qua mandat, ac præcipit omnibus, ut in Sacro-santa Missa, ac Divino Officio, celebrandis, tam publicè, quam privatim, non alio, quam Conceptionis nomine uti debeat. Sextus etiam IV., in sua Constitutione, damnat Propositionem hanc: Romana Ecclesia, solam Spiritualem Conceptionem seu Sanctificationem celebrat..

Secundam Responsonem, patenter convellit eadem Bulla, Alexandri VII, ut constat ex suprà dictis.

**T**ertia verò Responsio, inter alia ex eo corruit; Quia dato, non concessio, quod Ecclesia Græca antiquitus constituerit Festum Conceptionis Sancti Baptiste, tamen certum est, ab Ecclesia Græca, non institutum esse ex eo, quod censuerit, vel censeat fuisse illum sine peccato originali conceptum, hoc enim est manifestus error: sed tantum institutum est, in gratiarū actionem, pro Conceptione eius miraculosa: idecque nullibi nominatur eius Conceptione, *Sancta Immaculata*; E cōtra cōstat ex Bullis Pontificiū, præser-tim Alexandri VII, Festum Conceptionis institutum, à Romana Ecclesia, (quæ in cultu exhibito Sanctis, à vero devi-are nequit) institutum inquam, ob Sanctitatem, quam Beata Virgo habuit, in primo instanti suæ Conceptionis, vocariq; tam à Græca, quam à Latina Ecclesia, Conceptionem B. Virginis Sanctam, immaculatam: non minus, quam vo-catur. Nativitas Beatæ Virginis, Sancta.

Fate-

## Per enervationem Propositionis XXV.

Fatetur Bellarminum lib: 2. de Cultu Sanctorum, c. 6. scriplisse hæc. Fundamentū hujus Festi præcipuum dico, non esse Conceptionem Immaculatam, sed simpliciter Conceptionem Matris D E I futuræ, qualiscunq; enim illa Conceptio, eò ipso, quodā Conceptio fuerit Matris D E I, singulare gaudium affert Mundo, ejus memoria! Verūm hæc scripsit, longè ante prädictam Bullam Alexandri VII: Bellarminus enim obiit, Annō Domini 1621. Annō verò 1661 edita fuit illa Alexandri Bulla, in qua evidenter declaratur contrarium: cui Declarationi haud dubiè firmiter assensus fuisset, si tunc vixisset. Quanquam Pater Eusebius Nierembergius, in Tract: de perpetuo Objeto Festi Conceptionis, c. 31. cum pluribus aliis, asserit & probat, illa scriplisse Bellarminum, non ex propria Sententia, ast ex aliena: nempe eorum, qui non assentiuntur Deiparam: esse sine labe conceptam; in citato siquidem loco, Bellarminus dicit. *Quia major Ecclesiæ pars, piè credit Immaculatam Conceptionem; inde habuit eadem Ecclesia, occasionem instituendi hoc Festum.* Libro item 4. de ammissione Gratiz, &c in statu peccati. c. 15, ait. *To-*

*tus Orbis Christianus celebrat diem Festum Conceptionis Virginis MARIÆ, eamq; Conceptionem immaculatam vocat.*

Sic reiectis Adversariorum Responsionibus, iam ex eo, quod Ecclesia Romana, celebrat Festum Conceptionis B. Virginis, B. Virginis, rectè inferri B. Virginem, in primo instanti sua Conceptionis, fuisse Sanctam, & immaculatam.

Probatur Primo. Quia Sancti, Ildephonsus, Bernardus, Thomas, Bonaventura; item Albertus Magnus, Richardus, & alii, ferè unice ex eo probant B. Virginem fu-

*Ex eo, quod Ecclesia celebra Festum*

*Conceptionis*

*B. Virginis,*

*sequitur esse*

*immaculatam Co-*

*pt: Proba-*

*turq; id mul-*

*tipliciter, &*

*convictiv.*

isse

**Primo ex  
Patribus.** ifse Sanctam, in sua Nativitate, quia Ecclesia Romana celebrat Festum eius Nativitatis. Ergo siquidem (ut patet ex dictis,) Ecclesia Romana celebrat etiam Festum Conceptionis B. Virginis; rectè etiam infertur, Deiparam fuisse in sua Conceptione Sanctam, & immaculatam. Antecedens probatur. S. Ildephonsus, Episcopus Toletanus, qui obiit Annō 667. lib: de Virginitate & Purturitione MARIAE ad probandum Deiparam, ante Nativitatem suam, fuisse Sanctificatam, utitur hoc Argumento. Enimvero si non Beata (Nativitas B. Virginis) esset & gloria, nequaquam tam festivè celebraretur ubiq; ab Universis; sed quia tam solenniter colitur, constat ex Authoritate Ecclesie, quod nullus, quando nata est, subiacuit delicta.

S. Bernardus in celebri illa Epistola 274, ad Lugdunenses. *Quia ortū Virginis, didici in Ecclesia & ab Ecclesia, indubitanter haberi festivum, atq; Sanctum: firmissimè cum Ecclesia sentio, in Utero eam accepisse, ut Sancta prodiret.* - Fuit proculdubio Mater Domini, antè Sancta, quam nata: nec fallitur omnino Sancta Ecclesia, Sanctam reputans ejus Nativitatis diem, & omni Annō cum Exultatione Universæ terræ, Votiva celebritate suscipiens.

S. Thomas, 3. p. q. 27. Art: 1. Ecclesia celebrat Nativitatem B. Virginis, non autem celebratur Festum in Ecclesia, nisi pro aliquo Sancto, Ergo B. Virgo in ipsa sua Nativitate fuit Sancta; fuit ergo in Utero Sanctificata.

S. Bonaventura in 3. dist: 1. q. Art: 3. Pro NB: in dubitato habet hoc Ecclesia (quod nempe B. Virgo fuerit in

Ute-

Utero Sanctificata) & illud ex hoc patet, quod ejus Nativitatem tota Ecclesia celebrat, quod non faceret, nisi Sancta esset. Et in 3. dist: 3. q. 2. ait: Statuta Universalis Ecclesie, de Sanc-  
torum celebritatibus, omnia fundata sunt supra Sanctitatem, ut nullo die, pro aliquo Sancto Solemnisetur, in quo, vel pro quo, Sancta non fuerit aliqua persona, cui ille honor defertur.

Albertus Magnus Marial, cap. 66. argumentatur sic. Ecclesia celebrando festivat Ejus (Deiparæ) Nativitatem. Ergo fuit Sancta, quando nata.

Richardus à Santo Victore, Ordinis Canoniconum Regularium, Sancto Bernardo amicissimus, Dist: 3. Art: 1. q. 1. Argum: 2. dicit. De re non Sancta, non est solennisandum; sed Conceptio (animatae) carnis B. Virginis MARIAE est Solennisanda, multi enim eam solennisant, nec reprehenduntur. Ergo est Sancta. Hocq; ipsum omnes citati à Sancto Augustino desum-  
piisse videntur, qui Epistola 113. generali ratione affirmat. Ideo Ecclesia, obitus, non natales Sanctorum, celebrat; quia obi-  
tus sunt Sancti, non natales. Et serm: 93. de Sanctis. Cùm  
dubitaret, cur Ecclesia, obitus Sanctorum solenniter celebret  
non verò Natales. Respondet. Martyres ad mala certa-  
mina nascendo venerunt, trahentes originale peccatum: morien-  
tes autem ad bona certamina transferunt, finientes omne peccatum.  
Similia habet serm: 13. q. de S. Cypriano.

Probatur 2dū. Si Summus Pontifex præcipiat defun-  
ctum aliquem, Missā & Ecclesiastico Officiō coli, ab Uni-  
versa Ecclesia, tunc certum, & extra omne dubium prudens.

est apud Catholicos, illum, cui cultus is decernitur & exhibetur, revera supremo vitæ momento, in gratia Sanctificante, decessisse. Ergo siquidem Summi Pontifices, præsertim Alexander VII, coli sic iubet, colatq; sic Ecclesia tota, Conceptionem B. Virginis, ut immaculatam & præservatam à peccato originali; certum est B. Virginem in primo instanti suæ vitæ, non caruisse gratia Sanctificante.

Gravina celebris Thomista, Tomo 2. Catholic: præscript: q. 6. Art: 3. ait. *Proferant Adversarii, absoluto cultu, tanquam ad primarium objectum, B. Virginem positam Immaculatam & præservatam, & jam causa finita est.* Ecce proferimus Bullam Alexandri VII, in qua clarissimè id asseritur; à Sede Apostolica. (loquor verbis S. Augustini de verbis Apostoli Serm: 2.) *Rescripta venerunt: causa finita est.*

NOTA primò. Lutherus Hæresiarcha, et si *Lutheri* iunctionem B. Virginis fuisse purissimam, censuerit, ut videre diciū de Festo est in sermone Eius de Conceptione: Festum tamen ipsum, *Conceptionis*. adeo fuit aversatus, ut dixerit: *Nullum Festum magis odi, quām Festum Conceptionis, & Festum Corporis Christi.* Verū, ut de Nerone, qui primus Romæ Cæsariano gladiō, in Christianos ferocivit, dixit rectissimè Doctissimus Tertullianus in Apologetico suo, contra Gentes, c. 5. *Tali dedicatore damnationis nostræ, etiam gloriamur; Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi grande bonum, à Nerone damnatum.* Ita & nos gloriamur tali damnatore huius Festi. *Qui enim scit, quis fuerit Lutherus, admirandè inquam mendax, convitiator,*

&amp;

& maledicus (ut demonstravi in libro meo, cui titulus. *Ad-miranda Lutheri*) intelligere potest, nonnisi aliquod grande bonum, à Luthero esse damnatum, & odio habitum.

NOTA 2d. Festum Conceptionis celebrari in Ecclesia Graeca cœpit, saltem ante Annos mille ducentos, id est *Festum Conceptionis cœpit in Ecclesia Graeca, nec nō in Anglia, Gallia, Germania, celebri?* ex eo constat; quia Graci, saltem à tempore S. Sabbæ Abbatis, & S. Andreæ Episcopi Cretensis coluerunt Officium Divinum, & Canone Ecclesiastico, die 9na Decembris Conceptionem Activam S. Annæ: S. autem Sabbas, qui (ut legitur in Martyrologio Romano, 6ta Decembris missio Sancta Maria, celestatis exemplum in Palæstina refusit) natus est Annò Christi 439, & obiit Annò 531, ætatis suæ Annò 92 ut testatur Cardinalis Baronius, Tomo 7. Annalium. S. verò Andreas Cretenis, floruit circa Annum 550, composuitque Canonem Ecclesiasticum, in quo hæc leguntur. *S. Anna concepit hodie intemeratam immaculatam, DEI Genitricem, omni ex parte incontaminatam; ejus nos Sanctam Conceptionem & immaculatam, colamus.* In Latina autem Ecclesia, ut in Anglia, & primùm quidem in Monasterio Anglicano Beccensi, cœpit celebrari, Annò 1065, ex occasione Revelationis sanctæ, Venerabili Elvino, seu Helvino, Abbatie eius Monasterii. Gallia circa Annum 1100. celebrationem huius Festi, in multis suis Ecclesiis desumpxit ex Anglia. Item Germania, circa Annum 1152. Mauritus tamen Episcopus Parisiensis, Annò 1175. prohibuit hoc Festum celebrari in Ecclesia Parisiensi, cur autem id prohibuerit. Vide sub Propositione XII, fol: 84.

NOTA 3<sup>to</sup>. In Romana, Ecclesia seu in tota Ecclesia Catholica necdum celebrabatur, tempore S. Thomas item mæ, qui obiit Annō 1274, nam in 3<sup>ti</sup>am partem, q. 27. Art: capit celebra- 2. ad 2. ait. Licet Romana Ecclesia, Conceptionem B. Virginis in Roma & in non celebret, tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiastorum, illud Festum celebrantium: unde talis celebritas, non est in Ecclesia Catholica, Tū taliter reprobanda. Brevi rāmen poit S. Thomæ ubi tun. in ex consuetudine, tum ex privatis Ecclesiis, etiam Romæ celebrabatur illud Festum; unde Joannes Bacconius, natione Anglus, de Ordine Carmelitarum Prior Provincialis, Theologus & Philosophus doctissimus, (qui floruit Annō 1340) in 4, dist: 2. q. 4. Art: 3. ait. Publica & diuturna consuetudine celebratum est Festum Conceptionis B. Virginis in Curia Romana, etiam cum Venerabili Congregatione Dominorum Cardinalium, cum solenni Missa & sermone, singulis Annis in Domo Fratrum B. MARIAE de Carnello; & haec duraverunt tempore multorum Romanorum Pontificum usq; ad præsens tempus. Concilium item Basileense Sess 36. quæ habita fuit Annō 1439. dicit: Renovantes præterea institutionem de celebranda B. Virginis Conceptione, quæ tam per Romanam, quam per alias Ecclesias, sexto Idus Decembris, antiqua & laudabili consuetudine celebratur. Jam vero Sixtus IV, Solenne Festum Conceptionis per Universam Ecclesiam celebrari, bina sua Constitutione præscripsit, quas observandas esse præcepit Concilium Tridentinum Sess: 5.

De Festo Cō- NOTA 4<sup>to</sup>. Dies Conceptionis B. Virginis multo ceptionis, tempore non fuit ex præcepto, nisi quod ad Officium Ecclesiasticum; in aliquibus tamen Regnis, ut in Gallia, Hispania, Luli- præceptū la- tum à Clemē- te XI.

Lusitania, nec non multis Provinciis invaluerat consuetudo, ut etiam ille dies festivus fuerit cum cessatione à servitibus, seu quod etiam in foro fuerit feriatus & festus. Clemens vero XI, Constitutione, quæ incipit. *Commisi nobis Divinitus Anno 1708, die 6 Septembris præcepit Apostolica Authoritate Festum Conceptionis B. MARIAE Virginis Immaculatae ubiq; Terrarum in posterum ab omnibus & singulis utrinque Sexus Christi fidelibus, sicut alia Festa de præcepto servari & celebrari, & sub Præcepto observationis Festorum comprehendendi.*

NOTA 5to. Si queratur cur die svâ Decembris celebratur Conceptio B. Virginis? Responderi solet. Id potissimum fieri ex eo, quia Sancto Helvino, Abbatì Canobii Eccensis, apparenz S. Nicolaus Episcopus Myrensis præcepit, ut hoc Festum Celebretur illa die. Archiepiscopus Canthariensis, S. Ansbertus qui ante eidem Canobio, post Helvinum præstuit, in Epistola sua ad Episcopos Angliae refert, quod Helvino in mari cum Sociis, summè periclitanti, & à DEO per intercessionem B. Virginis opem imploranti, subito quidam Venerabilis Vir, Pontificali Insula decoratus (reditur fusse S. Nicolaus Myrensis quendam Antisces) inter medias tundas navi proximas, apparuit, qui Abbatem his verbis compellavit: Vis periculum maris evadere? vis ad Patriam sanus redire? cumq; ipse cum fletu, id se toto mentis affectu appetere, responderet, scias inquit, me, ad te, à Domina nostra DEI Genitrice MARIA, directū, quā dulciter inclamasti, & si dictis meis obtemperare volueris, sanus cum Comitibus tuis evades saevientis peri-

culum maris. Promitte ergo DEO & mihi quod diem Conceptionis & Creationis Matri Domini Nostri JESU Christi solenniter celebrabis, & celebrandam praedicabis. Et cum Venerabilis Abbas interrogasset, quo die Festum hoc celebrandum est? Responsum est, quod octava Decembris; & cum iterum rogasset, quod Officium dicendum foret. Responsum est, quod Officium Nativitatis B. Virginis, mutato duntaxat non in Nativitatis, in Nomen Conceptionis: his dictis ille disparuit, & dicto citius, sedata tempestate, Abbas incolumis, incito flatu applicuit Litoribus Anglicanis, & quae viderat & audiverat, quibus potuit, notificavit; statuit autem diem Festum in Beccensi Cenobio celebrari, & ipse quam diu vixit, devotis obsequiis celebravit. Hoc retulato miraculo, hortatur in sua illa Epistola Divus Anselmus, Episcopus Angliae, ad hoc Festum celebrandum, & ipse Officium Ecclesiasticum dispositus, & in 3ta Vigilia, seu nocturno, totam historiam huius miraculi, in tribus Lectionibus distribuit. Officium hoc, adducit Armamentarium Seraphicum in Registro, in col: 3. ad 8. Veram esse & genuinam, illam S. Anselmi Epistolam, testantur plurimi Viri gravissimi, inter quos sunt: Petrus Aureolus de Verbaria, Archiepiscopus Aquensis, & Cardinalis, de Conceptione B. Virginis, Tract: 1. quem scripsit Anno 1338. Johannes de Baccone, Doctor resolutus. Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis; Petrus de Oieda; item testatur hanc Epistolam Anselmi, haberis in Antiquissimis Breviarioris. Petrus de Alva addit: Vidisse se Epistolæ dictæ Originalia antiquissima, manuscripta quatuordecem, eadē reperi in quatuor

Br

Bibliothecis Angliae, & in aliis quatuordecem Galliae, & Belgii. Vide hac de re plura, apud Eruditissimum P. Joannem Absalon, ad finem libri, cui titulus: *Inmaculata Concepcionis B. Virginis illustrata, & asserta per Conclusiones Theologicas editi Anno 1717.*

NOTA 6t<sup>o</sup>. Conceptio propriè dicta, est duplex. *Quonam die contigit formalis Coceptio B. Virginis?* Prima & secunda. Conceptio *prima* vocari solet materialis, inchoata, imperfecta, quæ dicit formationem corporis, in quod rationa is anima deinde à DEO infunditur, prout innuit S. Thomas lib: de anima, c. 2. Secunda Conceptio, partui vicinior est, & contingit in instanti, quo anima rationalis creatur, & corpusculo iam organizato infunditur, ac unitur, & hæc Conceptio vocari solet, Conceptio formalis, completa, perfecta: Conceptio naturæ, personæ. Quæri ergo solet à Theologis, an 8va Decembbris contigit B. Virginis Conceptio formalis? seu an illa die, creata est anima Beatæ Virginis, & Corpori illius unita? an verè contigit Conceptio materialis? Ad hoc quæstum, responsiones Theologorum variant. P. Vasquez in 3. part. disp. 117. ait, num: 10. *Fatemur sanè, 8vā Decembbris, non fuisse Conceptam Beatam Virginem, secundūm esse humanitatis, per animationem materiæ, sed eo die conceptum solum fuisse semen, in Utero Matris (Sanctæ Annæ) nam ab eo die, usq; ad 8vam diem Septembbris (quo recolitur Nativitas B. Virginis) computantur novem menses, quibus completur tempus partus, à die Conceptionis semini; sed ratione animationis, verum Festum celebratur, non ratione Conceptionis seminis, quia certius de priori Conceptione constat, quam de*

*Quonam die  
contigit for-  
malis Coceptio  
B. Virginis?  
Sætentia va-  
riorū propon-  
nuntur.*

*de posteriori.* Consentivnt Patri Vasquez nonnulli. Alii vero Theologi, ut Granado, Nierembergius, Uldericus &c. Respondent, eodem die octavo Decembris, factam Conceptionem materialem, & post aliquot horas, eodem die miraculosè factam esse Conceptionem formalem. Admodum R. P. Thyrus Gonzales Societatis nostræ Præpositus Generalis, insignis Theologus, in suo Tractatu pereruditio, de Immaculata B. Virginis Conceptione, cum plerisque affirmat, Conceptionem primam B. Virginis, factam esse initio Decembris, die Dominico, per correspondientiam, ad primam diem Creationis Mundi, qui fuit dies Dominicus, in quo conditi sunt Angeli, in quorum Regiam electa fuerat B. Virgo. Conceptionem verò secundam, factam esse s. optima die, à prima, id est Sabbatho proximè sequenti, 8vā Decembris, per correspondientiam, ad septimum diem, in quo perfecta est creatio, & DEUS quievit ab omni opere, quod patraverat & tunc in eodem instanti, in quo anima illa creata est, & infusa corpori, eximis gratiæ donibus fuisse ornata; & ideo diem Sabbathi specialiter deputatum fuisse, cultui B. Virginis, quia Divina Providentia, septem illis diebus perfectius organizavit & disposuit corpus ad infusionem Animæ, quam virtute solius naturæ, solet disponi Corpus fæmineum ad receptionem Animæ intra longum illud tempus, quod Medici & Philosophi assignant vel 30, 50 40, dierum. Quare Sententia hæc affirmat, ab Ecclesia non celebrari primam Conceptionem Virginis, quæ accidit initio Decembris, sed secundam, seu animationem, quæ facta est octavā Decembris, assertorū B. Virginē post animationem,

fu-

fuisse novem mensibus in utero S. Annæ: & ita mira datur correspondentia inter Matrem, & Filium, de quo constat novem mensibus, à die Creationis Animæ Sanctissimæ, & infusionis in Corpusculum & assumptionis à Verbo, incūsum esse in Utero B. Virginis.

## PROPOSITIO XXVI.

Opinio de Immaculata Conceptione, est à Fidelibus cancellanda, etiam ex eo, quia Sanctificationem Beatæ Virginis diffitetur. Ita Alvarus Pelagius ex Ordoine Minorum, qui floruit ante aliquot centena Annorum, ita inquam, nunc legitur in ejus lib: 2. Art: 52.

Probatur ibidem à prædicto Authore Propositio illa XXVI sic. *Quia* (inquit) *Sanctificatio*, est emundatio: supponitq; præjacentem inquinationem. Unde Sententia illa pugnat cum sensu Romane Ecclesiæ, quæ in Ecelesia Patriarchali Sanctæ Mariæ Majoris, hanc Orationem adhibet in Missa pro die Conceptionis. *D E U S*, qui Sanctificationem Virginis &c. sicut vidi, & audivi, cùm ibi de ista Sanctificatione prædicarom in isto Feste Sanctificationis, quod fit in Decembri, ante Festum Natalis, per quindecem dies.

Sed

*Sanctificatio* Sed contra est. Quia Christus Dominus, utiq; nul-  
*non semper* la labe peccati, fuit unquam inquinatus? & tamen dici-  
*supponit in-* tur Joan: 10. à Patre Sanctificatus & Sanctificatio proinde  
*quinationem.* solum dicit collocationem gratiæ Sanctificantis, præscindendo,  
*an,* vel non, præfuerit, aliqua labes mortifera.

*Incertum est,* NOTA. Ex Patre Theophilo Raynaudo Toto quo.  
*an dicta Pro-* in lib. cui Titulus. *Pietas Lugdunensis,* erga Beatam Virgi-  
*positio XXVI nem immaculatè conceptam.* Apud Alvarum, loco citato, di-  
*sit Alvari,* Etæ Propositiones nunc continentur, sed an eius verè sint,  
*Pelagii.* dubitatur; Non sine fundamentis enim mulù n-probabil-  
bus, creditur aliunde intrusas esse in eius librum. Ratio est,  
*Quia* in antiquo Alvari codice Vaticano, & in alio, quem  
*asservat* Bibliotheca Sforziana, non habentur illæ Propositiones. Item cum iussu Pauli V, diligenter conquisi-  
*tis*, omnes antiqui Codices, illius Ecclesiæ, Sanctæ MA-  
RIÆ Maioris, nihil in eis inventum est, quod suffragetur  
*is, quæ nunc apud Alvarum leguntur.*

Accedit. Quod dictus Religiosus Alvarus fuerit ex  
*Ordine Minorum,* qui Ordo, à temporibus Subtilis Joani-  
*nis Duns Scoti,* firmiter tuebatur Immaculatam Conce-  
ptionem Beatae Virginis.

PRO-

## PROPOSITIO XXVII.

Ex consensu totius ferè Ecclesiarum, approbativo Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis, non sequitur Eam sine labe Conceptam. Ita Libellatores Romani.

**A**nquam convellatur hæc Propositio, præstat considerare, quantusnam consensus fuerit & sit in Ecclesia DEI approbativus Sententiæ piaæ.

Sciendum ergo Primo, Quod omnes Summi Pontifices (loquor verbis Vincentii Justiniani Antistiti, è Sacra Divi Dominici Familia, quæ verba in eius Additionibus ad plurimū favit S. Bertrandi habentur) qui post Sextum IV. Ecclesiæ gubernarunt [Pio III, Marcello II, & Urbano VI, exceptis, Pontifices, qui cùm mensem integrum in Pontificatu non expleverint, pius affectum suum ostendere non potuerunt] magnis affecerint honoribus, & multis sint prosecuti gratiis eos, qui sentiunt Dominam nostram conceptam fuisse sine peccato originali; & ex adverso, nec unus Pontifex reperietur, qui vel in re minima, oppositum opinantibus faverit. Aliqui eorum, Sanctæ Conceptioni devotos laudarunt valde, ut Sextus IV, & Julius II; alii, (hi sunt fere omnes) copiosas Indulgentias Ecclesias, Processionibus, Imaginibus, & Festis Ejus concederunt. Alii, ut Alexander VI, & Adrianus VI, Confraternitates in testimonium immunitatis Reginæ Cœli

ab originali peccato erectas, confirmârunt. Et deniq; alii, scilicet Leo X, & Pius IV, Monasteria quædam Franciscanarum Monialium Conceptionis Ordinem profiteri voluerunt. Hæc Justinianus.

Ino ante Sextum IV, Innocentius VII, erga Beatæ Virginis Immaculatam Conceptionem ita fuit affectus, ut quendam Religiosum, nomine Joannem Montesonum, qui in suis Concionibus, animosius quam par erat, in peccato fuisse Conceptam B. Virginem ausus est prædicare, instante ad hoc Academia Parisiensi, de Conceptionis Articulo semper bene merita, rigidè punivit, & ut palinodiam caneret, impetravit: ut refert Robertus Gagvinus. P. Salazar, Hypolitus Maraccius, & alii. Vide etiam dicta sub Propositio-  
ne XXIV. Vide item sub Proposit: XXXV . de In-  
nocentio XI. Urbanus etiam VIII, Annō 1624, Viennæ  
Austriæ novum Ordinem militiæ Christianæ, sub Advocati-  
one Deiparæ Virginis Immaculatae institutum approbavit,  
& per Bullam, quæ incipit: Imperscrutabilis. &c. confirma-  
vit, qui Ordo ita vovet. Semper tuebor Conceptionem Ma-  
tris DEI Immaculatæ.

*Militant pro* Secundò sciendum. Quod pro testimonio hujus Veritatis (loquor  
*pia sententia,* etiam verbis Ambroxi Catharini ex Ordine Prædicato-  
rum assumpti ad Insulam) sit determinatio Universitatum, quod  
Universitates certè tantò est gravius, quanto validior est, quam dispersus, &  
quanto præstat aliquid determinate afferere judicando, quam sim-  
pliciter de suo sensu, testari enuntiando. Adde & temporis diu-  
turnitatem, qua perduravit semper statutum hoc, ut in Gallia jam  
non

*non sit memoria in contrarium. Et quidem tanta est determinatio pro Testimonio veritatis huius, ut ferè omnes Academias Orbis Christiani, luterando se obligaverint ad propugnandam Immaculatam Conceptionem, & quidem primò celeberrima Academia Parisina, Annō 1497, Ibris 17, ita decrevit, Pro nostra Professione & gradu, Majorum nostrorum vestigia sequentes, Universi octoginta Theologiae Doctores, congregati, post multam gravem & maturam determinationem, in ejus piissimae Doctrinae, quæ Benedictissimam DEI Matrem ab originali peccato, DEI singulari dono fuisse præservatam affirmat, quamq; jam pridem veram crediderimus, & adhuc credamus, defensionem & propugnationem speciali Sacramento coniuravimus, nosq; eidem devovimus, statuentes ut nemo deinceps sacro huic nostro Collegio adscribatur, nisi se hujus Religiose Doctrinae assertorem, strenuumq; propugnatorem semper pro viribus futurum, simili Iuramento profiteatur. Quod si quis ex nostris (quod absit) ad hostes Virginis confugere voluerit & hunc honoribus nostris omnibus privandum, atq; excludendum à nostro consortio, ut Ethnicum & publicanum, procul abjiciendum decernimus. Idem omnino decrevit Academia Colontensis, biennio post, Annō 1499. & Moguntina, Anno 1501. Non multum absimile Iuramentum præstiterunt, Academias, Lovaniensis, Bononiensis, Neapolitana, Tolosana, Viennensis, Pragensis. In Hispania, Salmaticensis, Complutensis, Valesoletana, Toletana, Hispalensis, Granatensis, Saguntina, Oxomensis, Ovetensis, Compostellana, Olutensis, Bétana, Onatensis, Et in Regnis Aragoniae, Cæsaraugustana, Valentina, Gandinensis, Barcinonensis, Tarraconensis, Jilerdensis, Oscensis. Itidem in*

Iudiis Occidentalibus; Hispaniæ ditioni subiectis, Mexicana, atq; Limensis. In Regno Lusitanæ, Coniubricensis & Eborensis. Item cùm fides Catholica floreret in Anglia, à temporibus Scoti Doctoris subtilis, ab omni originali criminis semper mundissimam prædicarunt & fatebantur Oxonienses Academic: nec non ab omni originalis peccati labe præservatam, Cæli, terræq; Reginam piissimam, Cantabrigensem Theologorum præclara Facultas seculis multo retròdatus firmavit suscepitq; defendendam. ut refert Illustrissimus Antonius Cucarus Episcopus Acarnensis in Elucidario Deiparae, 2. p.

*Propugnant  
eam omnes  
Sacri Ordin-  
nes.*

Tertiò sciendum. Certum esse, quod omnes Sacri Ordines & Religiose cunctæ Familia, B. Virginem Immaculatæ Coceptam esse, profitentur. S. Anselmus, ex Ordine S. Benedicti, in Latina Ecclesia præivit in celebrando festo Immaculatæ Conceptionis. Idem præstiter Carthusienses, ante Sixti IV. Constitutionem, ut testatur Dionysius Carthusianus in 3. dist. 3. quæst: 1. S. Norbertus, Religionem suam instituit, in honorem illibatae Conceptionis. Unde Reverendissimus Quintanella, in Epist: ad Philippum Hispaniarum Regem; *Ad nullam (inquit) Religionem ita pertinet tueri Articulum de pura Conceptione, sicut ad istam Præmonstratensem; quoniam à quingentis Annis, eius Fundator S. Norbertus, eam consecravit Immaculatæ Conceptioni.*

In sacra Augustiniana Familia, omnes huius Ordinis Theologi ab hinc trecentis Annis, & supra, intensissimè propugnarunt eandem piam Sententiam, ut testatur P. Ægidius à Prae-

à Præsentatione, lib: 3, de Immaculata Conceptione, Quæst:  
6. Art. 4.

A Sacro Ordine Carmelitarum, in Capitulo Gene-  
rali, in Gallia celebrato, Anno 1306, Decretum factum,  
pro celebranda Immaculata Conceptione B. Virginis, teste  
Lezana. in Tract. de Concept: c. 1. S. Teresia, quantum  
fuerit affecta pia sententia, ex eo etiam colligere licet, quod  
ipsamet in lib: de Vita sua, cap. 4. referat. Quendam à  
DEO singulare Conversionis suæ beneficium suisse consecu-  
tum, intercedente Deipara sanctissima, *quia nimis suæ  
Conceptionis devotus erat, ipsoq; die magnum celebrabat festum.*

Ordo Sanctissimæ Trinitatis, à primordiis suis celebra-  
bat festum Conceptionis, sub titulo Præservationis: unde in  
Breviariis Antiquitus in tota illa Religione receptis, hoc e-  
rat in matutinis horis Invitatorum. *Immaculatam Concepti-  
onem Virginis Marie, celebremus: Christum ejus Præservatorem  
adoremus Dominum.* Insuper ter in die, Commemorationem  
Eius immaculatæ Conceptionis, agit; post Matutinum scili-  
cet & Completorium, cum Antiphona, *Conceptio Tua DEI  
Genitrix Virgo &c.* post meridiem vero, cum alia peculiari,  
quæ incipit, *Gaudete DEI Genitrix, &c.*

Seraphica Religio, præduce subtili Doctore Scoto, ita  
elucidavit & propugnavit piam sententiam, ut hæc appellata  
fuerit. *Opinio Minorum* ut colligitur ex Abulensi, Parad. 1.  
c. 21. Totaq; hæc sacra Religio, Deiparam Immaculatæ  
conceptam, sibi sigillatim in Patronam elegit, in Capitulo  
Generali, Toleti, in Cœnobio S. Joannis Regum celebra-

eo, Anno Christi 1645. Tota item Religio ex præscripto Ordinis, bis in diem tenetur facere commemorationem Immaculatæ Conceptionis. Ex hac Seraphica Familia, prodidit numerosissima & florentissima scriptorum phalanx pro B. Virgine Immaculatæ Concepta, strenuissimè decertans, & Adversariorum impetum per tot Annorum seriem retundens. Prodiit inde & Sixtus IV, Pontifex Maximus, qui afflante Divino Spiritu, festum Conceptionis Mariæ, in Catholicam Ecclesiam Pontificiâ Auctoritate, invexit, & Officium de hac solennitate in quo Mariæ immunitas omnimode asseritur, probavit, firmavit, & gratiis spiritualibus communivit. Demum, quod infra ex P. Velasques adduxi pro Societate nostra, ferè totum applicandum censeo, etiam huic sacro Ordini.

Quod attinet Societatem nostram, omnes decem primi  
 S. P. Ignat. Patres in scientiis laureâ donati (nempe S. Ignatius, S. Xaverius quām verius, Petrus Faber, Jacobus Laines, Alphonsus Salmeron, Nicolaus Bobadilla, Simon Rodericus, Jeannes Codurius fuerit durius, Claudius Iaius, Paschiasius Brôettus.) illibatum B. Virginis conceptum, acerrimè propugnârunt: quin, S. Ignatius, S. Xaverius, Faber, Rodericus, Codurius, Iaius, Brôettus, accepto gradu Magistri, in celeberrima Academia Parisiensi, iuxta Universitatis illius Praxim, Anno 1497. introductam, Iuramentō se obstrinxerunt, ad defendendam B. Virginis, sine labe Conceptionem: & quidem Laines cum Salmerone in Concilio Tridentino, illibatae Conceptionis, pentissimi fure Advocati: quod ipsum Salmeron etiam in Tomo suo 13uo, à Desput. 49. incipiendo, abundè præstít.

tit. Idem fecit & Bobadilla, in Academia Valisoletana, & Parisiensi, Professorem; in septuaginta septem Episcopatibus, Missionarium, agendo. & quidem S. Ignatius non contentus generali sua adiuratione Parisiensi, Immaculatae Conceptionis defensionem conseripsit, quæ in Codice, Romæ assertato, ipsiusq; manu exarato, exstat. Cùmq; primæ Theologicæ Theses in Collegio Romano, publicè propugnandæ, allatæ essent Sancto Ignatio, ut sua benedictione, eas sanctificaret, quām prīmū vidit & legit, inter eas, esse quæstionem hanc. *An B. Virgo est immunis à peccato originali?* exnūc mandavit ut tolleretur, & non per modum qualitati, sed absolutè poneretur; *B. Virginem immunem esse, à labe originali;* ut videlicet ad hanc, sapientissimæ Deiparae immunitatem pietatis idæam, omnes subinde nostrorum, sive Doctorum, sive addiscentium sensus formarentur. Atq; ab hoc limpidissimo Fonte, nostrorum de Deipara Conceptuum, assertionū, & sententiārum, rivuli dimanarent. ut notat P. Velasques, cum aliis.

Accedit. Quod Alphonsus Rodrigues, Vir, sanctitate, & miraculis supra omnem admirationem clarissimus, cum summo ardore Spiritus, (ut habetur in eius vita à P. Michæle Juliano, Rectori Collegii Maioricensi cōscripta) cælitus sibi revelatum affirmavit. *Unam ex causis, ob quam DEUS Religionem Societatis fundavit, fuisse, ut defenderemus, & predicaremus illibitam Conceptionem suæ Matris.* Quantum autem defendat Societas Purissimæ Conceptionem B. Virginis, audiatur Admodum R. P. Philippus Bernal, Ordinis Præmonstratensium Definitor, ac Magister Doctissimus, is

Discurs.

Discursu 3. pag: 43. ait. Ex ommib[us] Religiosis Ordinibus, Viri gravissimi ac Doctissimi scripserunt in favorem Virginis Santissimæ absq[ue] labe Originali Conceptæ, & ex sola Religione Societatis JESU (utpote in qua tantopere florent, una cum virtute & Sanctitate, bona studia & literæ,) tot ac tam eminentes Magistri scripsere, ut illi soli sufficerent ad faciemdam illam sententiam, plus, quam probabilem. Enumeratisq[ue] ibidem multis è Societate Scriptoribus, addit: & alii sexcenti. Sine errore addidisse poterat: & aliis milleni.

Quid plura? Rem absolvō, verbis Patris Vel asques. Dato mihi Societatis Filium, sive Theologum Scholasticum, sive sacræ scripturæ Interpretem, sive Concionatorem, sive Magistrum vitæ Spiritualis, & ego dabo tibi ipsum vel Theologicè docentem, vel è sacra pagina elicientem, vel è suggestu ad populum concionantem; vel in monitis spiritualibus, svadentem; Mariam Immaculatè Conceptam; sic docet Societas, sic interpretatur, sic concionatur, sic monet, & monebit, & docebit in perpetuum.

Si quæras, Quid sentiant aliae Religiones, præter enumeratas, hoc in passu? Respondeo Verbis P. Ægidii, à Præsentatione, Augustiniani lib: 3. de Præservatione Virginis, quæst: 6. Art: 4. Hanc piam, veram & certam sententiam amplexati sunt Ordines, Camaldulensis, Cluniacensis, Servitarum, deniq[ue] omnes Ordines tam Mendicantes, quam non Mendicantes.

Quod

90

Per enervationem Propositionis XXVII. 153

Quod si quis afferat Universum sacerrimum Ordinem S. Dominici, militasse semper contra piam sententiam, is profecto gravissime fallitur, ut constat ex dictis infra sub Propositione XXXVII.

Extra etiam omne prudens dubium est, Omnes orthodoxos Magistratus, Princes, Reges, Imperatores, cum omni populo Christiano, idem de illibata Conceptione B. Virginis sentire, & quidem tam intensè, teste Gregorio XV. ut ex contraria assertione, orta semper fuerint in populo Christiano, cum magna DEI offensione, scandala.

Tantus ergo firmissimus consensus totius Ecclesiae Christianæ, orthodoxæ, validissimè comprobat immunitatem Beatae Virginis. Tum quia, ut bene arguit primæ magnitudinis Theologus P. Vasquez in 3. p. disput. 117. Christianitatis, cap. 6. Haec communem vocem, totius Christianitatis non sine DEI nutu, & peculiari Providentia percrebuisse quis dubitet? Si enim hæc Sententia foret erronea, certè non permitteret DEUS totum populum Christianum, tam firmo & constanti Animo eam profiteri, & amplecti. Tum quia ut argumentatur P. Pennalosa; Ecclesia visibilis Christi Domini, tantæ est Authoritatis, ut ea, non solum in Concilio Generali congregata, sed etiam extra Concilium existens, & per Orbem diffusa, in rebus ad fidem & mores pertinentibus errare non possit. Etideo, quādo ònes ferè Episcopi, Theologi, Interpretes, Concionatores, & Fideles, unanimi consensu, aliquid cōstanter amplectūtur, illud esse verum oportet. Tum quia ex cōsensu populorum atq; Gentium, S. Augustinus agnovit, quænam sit vera Ecclesia, ut constat ex e-

ius Epist. fundamenti. c. 4. Quidni etiam ex consensu eodem, agnoscamus verum esse, B. Virginem fuisse illibatam in sua Conceptione?

*Adversariorum Respon-*  
*siones in con-*  
*tra, conver-*  
*tuntur.*

Respondent ad hoc Argumentum Libellatores in suo libello supplici, quem obtulerunt Eminentissimis Cardinalibus pro abolendo titulo Immaculatae Conceptionis. Universitatum, Doctorum, aliorumq; opinantium objicitur multitudo; sed vota ponderanda sunt, non numeranda; nec populorum consensus, definitiones facit. Ariana hæresis ferè in omnes invaluit, & teste S. Hieronymo, ingemiscens Orbis terrarum, se Arianum esse, miratus est. Sub Pontifice B. Stephano, ferè Ecclesia duobus tantum vel tribus Episcopis resistentibus, in Anabaptismum abiit, quia tamen non adfuit summi Pontificis consensus, in quo infallibilitatis privilegium residet, Ecclesia non erravit. Haec illi.

Sed contra est. Pro immunitate B. Virginis, Vota & Suffragia sumorum Pontificum, & Concilii Tridentini, item Episcoporum & Prælatorum totius Orbis Christiani, omnium Academiarum, omnium sacrorum Ordinum, & Religiosarum Familiarum, Imperatorum, Regum, Principum, Magistratum, cunctorumq; Populorum Christianitatis, nonne incomparabiliter plus in rei veritate præponderant, aliquot Doctorum Opinionis de Maculata Conceptione? cuius Opinionis fundamenta universa, esse planè ruinosa, toties demonstratum etiam in hoc Volumine.

Ariana hæresis non in omnes invaluit, nam testatur S. Athanasius in Epis: ad Afros, apud Theodoretum Hist: Eccles.

Eccles. 2. c. 23. Item S. Hilarius in libro de Synodis aduersus Arianos, Quod hæresis Ariana solum inficerit Orientales Ecclesias. Et licet multi Episcopi Occidentales in Antiminiensi Concilio, ab Ariano fuerint decepti, ratione cuius deceptionis S. Hieronymus hyperbolice dixit. *ingemiscens totus Orbis terrarum, Arianum se esse miratus est:* tamen certum est, totum Mundi non fuisse Ariano; nam qui se Ariano esse mirabatur, Ariano non fuerat, & qui de Ariano ingemiscebat, Ariano esse omnino nolebat. Nemo enim admiratur se hominem esse, aut de eo ingemiscit, quod amat, atq; complectitur; sapienter Cardinalis Baronius in suis Annalibus ad Annum 359. scripsit. *Quod igitur ait Santos Hieronymus, Orbem ingemuisse, seq; Arianum esse miratum,* haud sic accipiendum est, ut quam adeo detestati erant, atq; hancenam abominarentur Ariano heresim, crederent se invitos dolentesq; esse complexos, cum tamen nonnisi volens quis effici posset hæreticus. Sed quod in nova Fidei Regula, Constitutanti alitatis nomine prætermisso, atq; Substantia, pariter ablegato, patefacto eam ob causam Ariano aditu, ad invadendam Catholicam Fidem, iidem visi essent Nicenæ Fidei proditores. Nam quia Valens, in hæreticum sensum verba illa detorxit, fiet, ut quadrinerti Episcopi in optimam portionemq; significationem eam sententiam interpretati, evaserint hæretici ex Catholicis? Absit: cum præsertim noscatur, quod explicatio illa Valentis, fuerit subdola potius cavillatio, quam quæ posset ex Regula illa Fidei interpretatione Germana deduci. Hactenus Eminentissimus Pater.

Rectè expli-  
catur dictum  
S. Hierony-  
mi.

Falsissimum item est, totam ferè Ecclesiam, demptis du-

*Anabapti-* obus aut tribus Episcopis in Anabaptismum abiisse. Nam  
 finum non extra Africam, ubi auctoritas S. Cypriani bona fide erran-  
 probavit u-  
 tis, nonnullos abripuit, vix tres quatuorve alicius non i-  
 niversa Ec-  
 nis Antistites, ut Firmilianus Cappadox, & Dionysius Ale-  
 xandrinus, S. Cypriano adhaerunt, & multa Episcoporum  
 millia, cum S. Stephano, constantiæ steterunt, ut disertissimè  
 affirmat S. Augustinus lib. 3. contra Cresconium cap. 1. 2.  
 & 3. his verbis. Proinde si omnino jam credendum sit, quin  
 quaginta Episcopos Orientalium, id esse visum, quod septuaginta  
 Afris, vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia Episcopo-  
 rum, quibus hic error in toto Orbe difflicuit. Quin etiam mul-  
 ti Antistites Africani, teste eodem Sancto Augustino, loco  
 citato, adhaerere S. Cypriano renuerant; additè etiam S.  
 Hieronymus lib: contra Luciferianos, illos ipsos, qui ei pri-  
 mū adhaerant, brevi, contrariò editō Decretō rescidisse,  
 quod cum eo de Anabaptismo sanxerant: quod idem fece  
 Firmilianus ac Dionysius & alii, ut testatur Eusebius lib. 7.  
*Hist:* cap. 4. & 8vo.

NOTA Andreas Copeisten in Clavi prædicandi  
 Rosarium lib. 1. c. 10. erroris arguit Centuriatores, & ali-  
 os Ministros hæreticos, quod Diiparæ attribuant labem o-  
 riginalem, & inter alia dicit. Contra hos hæreticos sunt Tur-  
 sene, in Alcorano, ubi sic Azoara, Nullus nascitur de Filiis Adam,  
 sensus de Co- ceptione B. Virginis. quem non tangat Satan, præter Mariam & ejus Filium. Quod  
 hic adducitur ex Alcorano: Sciendum, quod Mahometes A-  
 zoara 75. in suo Alcorano scripsit hæc. Nullus de filiis A-  
 dam nascitar, quem non tangat Satan, & ideo plorat vociferans  
 ex ejus

ex ejus tactu, preter Mariam, & ejus Filium? & Azoara sic dicit. Maria omnibus viris & mulieribus splendidior & mun-  
dior atq[ue] lotior, soli DEO perseveranter studens. Unde Tur-  
cæ idem hoc in passu nobiscum tentiunt. hocq[ue] ipsum constat,  
etiam ex illa historia quæ refert Jacobus de Valentia, *E-Historia nos  
piscopus Christopolitanus, in Expositione Cantici Magnificat, tabilis.*  
de quodam Filio Soldani Armeniæ, græcè & latinè perito,  
qui audiens Concionatorem, probantem præsente Papa, Jo-  
anne XXII, Avenione, Annō 1322, B. Virginem contra-  
xisse labem originalem, surrexit à loco, & cum magno fu-  
tore dixit Papa, & Cardinalibus, quod mirabatur de ipsis,  
qui erant Capita Christianæ Religionis, ut talia tolerarent  
audire, de Virgine Maria. Unde etiam dixit, quod si quis  
talia dixisset in Conspectu Califæ, aut Soldani Ægypti, aut  
in conspectu aliorum Saracencorum, nullo pacto posset eva-  
dere, quin ab omnibus lapidaretur, quantumcunq[ue] ille esset  
magnus. Hisq[ue] dictis resiluit à Consilio suscipiendi Bapti-  
smi, qui ad Pontificem, Baptismi candidatus advenerat.  
Hinc & Leonardus de Neguerolis, Notarius Sixti IV,  
ad eundem Pontificem scribens, ait. *Inimicus Christiani no-  
minis Machomet, in Alcorano, originalem maculam à Christi  
Matre excludit, & Tu, tantæ Matris Filius non excludes?*

PRO-

## PROPOSITIO XXVIII.

**E**x Assertione Conceptionis Immaculatae, inferuntur tres pernicioſæ ſequelæ.  
Scilicet. Primo. Quod Conceptio Beatæ Virginis, aequaliter Conceptio Christi Domini. Secundo. Poſbet inferri, aliquos etiam Sanctos, eſſe conceptos ſine peccato originali. Tertio. B. Virginem non fuſſe mortuam: nam originalis peccati effectus, eſt mors.

**I**Ta multi ex Patronis rigidæ Sententiae. Imò ex eorum numero quidam Rhamnus, ut refert P. Raynaudus Tomo 7mo. in Diptychis Marianis, non erubuit in Libro ſuo imprimere, Eſſe veriſimilā Propositionem hanc. Errores 48 contra Fidem, ſequuntur ex Assertione Immaculatae Conceptionis.

Joannes verò de Montesono, Annō 1387 afferuit, Propositiones yeras eſſe has.

1. Non omnem hominem, præter Christum, contraxiſſe peccatum originale, eſt expreſſè contra Fidem.

2. Tam eſt expreſſè contra Fidem, B. Virginis ab originali labo exemptio, quam aliorum decem, qui ſimiliter exempti fin gerentur.

3. Magis

3. Magis repugnat Fidei ea assertio, quam si diceretur, B Virginem ab instanti sue Conceptionis, fuisse simul Viaticem & Beatam. Vel, quam si diceretur, B. Virginem ab instanti sue Conceptionis, fuisse unitam hypostaticè divino alicui Supposito.

RESPONDETUR. Perniciosa illa tria enumerata, minime sequuntur.

Non Primum. Quia Christus Dominus suâpte naturâ, *Propositionis absq[ue] Privilegio, fuit sine labe originali, utpote non conce- prædictæ ptus viâ communis generationis, ex Adamo, sed conceptus XXVIII fal- de Spiritu Sancto: secus Beata Virgo. Thomas Ilyricus sicutas demonum, Homilia de Concept: Prælud 3. alias novem differentias, stratur. eruditè assignat, inter Conceptionem Christi Domini, & Beatæ Virginis.*

Secunda sequela est etiam erronea; quia pro solius Deiparæ Immaculata Conceptione, sunt talia fundamenta, quæ pro nullius alterius Sancti, illibato Conceptu militant, ut patet reflectenti. Unde de fide est, vel saltem fidei proximum: Omnes, exceptâ Deiparâ, seminaliter ex Adamo descendentes, in sua Animatione, originali peccatô infici. Siquidem scriptura, Concilia, & Patres, universaliter docent, Omnes peccasse in Adamo, & ex illo contraxisse peccatum; nec est ullum fundamentum solidum, quemquam, excepta Deiparâ, eximendi à lege omnibus communi, et si aliqui fuerint sanctificati in utero, ante nativitatem, ut Ieremias, & Joannes Baptista. Quanquam Sanctus Ildephonsus S. Hieronymus, S. Augustinus, Abulensis, id, de Jeremia negant, ut sicut at P. Vasquez. Tom 3. in 3. part. Divi Thomæ, Di- sputat. *S. Hieremiam Prophetam fuisse in utero, propriè*

*sanc*tificatū, non est omni-*modū certum,* sputat. 114. cap. 3. Ipsiēs Vasquez censet, solum probabilem esse sententiam, quod in utero fuerit sanctificatus. Verba autem illa scripturæ; *Antequam exires de Vulva, sanctificavi Tē.* Explicat de sanctificatione latius sumptus; vel ita, ut in typo, & figura Christi, de Jeremia illud dictum fuit: vel ita, ut ad æternam prædestinationem, (sicut sensit, Sanctus Hieronymus) referatur. Prout illud ad Galatas 1. *Cum placuit ei, qui me segregavit ex utero.*

*Tertia etiam sequela non subsistit, strictè enim & propriè loquendo, mors non est effectus peccati originalis; alias Christus mortem non subiissest, qui tamen etiè morte violenta, non fuisset sublatus, tamen tandem ad mortem aliquando pervenissest, ut dicit Sanctus Augustinus, libro 2. de peccat. mer. c. 29. Mors enim, ex se, naturaliter consequitur naturam humanam; utope compactam ex pugnantibus principiis. Mortua est quidem Beata Virgo; ast mors hæc non fuit pæna peccati originalis, verùm imitatio mortis Christi.*

NOTA 1<sup>ma</sup>. Sixtus IV in sua Bulla. *Gravenimis ap-*probata à Concilio Tridentino, damnavit Propositionem illam quæ asserit, errorem vel unum contra fidem sequi ex pia sententia. Quam multiplicem damnationem merebitur Propositio, quæ asserit 48 errores cōtra fidem sequi ac assertione Immaculatæ Conceptionis? Joannis verò de Montefano, enumeratas Propositiones tres, Parisiensis Academia tanquam falsas, scandalosas, præsumptuosè assertas, piarum aurium offensivas, eodem Annō 1387, meritò damnavit, & statuit esse

revo-

revocandas. Vide etiam dicta supra sub Propositione XXVII. folio 146.

NOTA 2dō. Ex admissa Propositione XXVIII. ut  
vera, evincitur satis clarè, inferri inconvenientia grandia.

*Primum enim inconveniens insertur. Quod Ecclesia U-*  
*niversalis Orthodoxa, Columna veritatis, quæ speciali Spi-*  
*ritus Sancti assistentiâ, sibi à Christo Domino appromissâ,*  
*dirigitur, quod inquam, Sanctitati enormiter falsæ ex qua-*  
*tot perniciose sequelæ contra fidem sequuntur (ut quidam*  
*temerariè opinantur) ex hibeat cultum publicum Sacrificii,*  
*& Officii Canonicī; nam Ecclesia exhibet hunc cultum Sā-*  
*titati Conceptionis Beatæ Virginis, in primo instanti sui es-*  
*se, ut patet ex dictis sub Propositione XXV.*

*Inconvenien-*  
*tia multa in-*  
*feruntur, se*  
*censeatur a-*  
*liquid perni-*  
*ciosi sequi ex*  
*pia sententia.*

*Secundum grande inconveniens sequitur. Summos Pon-*  
*tifices decrevisse, sententiam illam, quæ tenet Beatam Vir-*  
*ginem in instanti sive Animationis præservatam à labe ori-*  
*ginali, esse piam, & laudabilem, ab Universali Ecclesia,*  
*appellari *Sanctam & dignissimam Conceptionem*, & tamem in-*  
*quinatam peccati gravi originali.*

*ACCREDIT imò. Quod Leo X. Annō 1518. in Bul-*  
*la, *Pia Christi Fidelium*. Sixtus, V. in Bulla. *Ineffabilia.**  
*Anno 1588. Paulus V, in Brevi ad Philippum 3tium, &*  
*in aliis pluribus suis Bullis, vocent Conceptionem, *Immacu-**  
*latam, *Purissimam*.*

*ACCREDIT 2dō. Quod Sixtus IV. Officium de Im-*  
*maculata Conceptione compositum, tum à Leonardo de No-*  
*garolis, tum à Bernardino de Bustis, approbaverit; inqui-*

bus Officiis, variaz historiæ, sermones. Miracula referuntur, approbativa Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis. de Officio Nogarolico, vide infra sub Propositione XXXV. Et in Bulla sua Extravag. Grave nimis. quæ exstat in Iure Canonico, & est confirmata per Tridentinum. Sess: 5. definit, sententiam nostram piam non esse hæreticam. Ergo definit, proinde certum debet esse apud Orthodoxos, sententiam non esse talem, ex qua perniciose sequelæ inferantur.

**ACCREDIT** 3tiè. Quod Innocentius VIII Constitutio-  
nes Monialium Immaculatæ Conceptionis, in quarum ve-  
vendi forma asseritur Immaculata Conceptio, confirmavit:  
Iisdemq; Monialibus, Regulam præscripsit Julius 2dus,  
Annō 1511. ubi disertè pia sententia docetur. Leo X.  
Ecclesias Beatæ Mariæ, in Campo Sancto, Sanctæ Mariæ  
de Populo, de Monte, de Ara Cæli, Sanctorum Apostolo-  
rum, Sancti Francisci trans Tyberim, Sancti Laurentii in  
Damaso, Jubilæo donavit in Feste Conceptionis. Item Mi-  
noribus, Missam de Conceptione celebrantibus, eamue au-  
dientibus, Indulgentiam plenariam est elargitus. Adria-  
nus VI Annō 1522 confirmavit Congregationem Tole-  
tanam, in honorem Immaculatæ Conceptionis erectam.  
Clemens VII Officium Immaculatæ Conceptionis appro-  
bavit. Paulus III stabilivit omnia Privilegia, Religionis  
Immaculatæ Conceptionis. S. Pius V confirmavit Ex-  
travagantes Sixti IV, & Officium Immaculatæ Concepti-  
onis reduxit in eam formam, quæ modò in Ecclesia obser-  
vatur, ubi etiam Conceptio, appellatur, *dignissima & Santa*.

Cic.

Clemens VIII approbavit Sixti IV, & S. Pii V Constitutiones, de Immaculata Conceptione. Paulus V auditis validis rationibus Cardinalis Bellarmini pro pia sententia; mindis piam, publicè prædicari, vel defendi vetuit. Gregorius XV precibus Christianorum Principum, præcipue Philippi IV Regis Catholici, magnum aliquid tribuendum esse ratus, Decretum illud edidit Anno 1622. 24 Maii: quô vix aliquid potuit citra Definitionem favorabilius excogitari, in quo statuit, ne sectatores contrariæ sententiae, in sermonibus etiam & scriptis privatis, audeant asserere, quod B. V. fuerit concepta cum peccato originali; Eosdemq; obligat, ut sub Conceptionis nomine, Festum celebrent, ablegata voce Sanctificationis.

Porrò sententiæ illi, ex qua inferuntur (iuxta quosdā nobis oppositos) tot perniciose sequelæ superiùs recensitæ, fuisse tantopere, & tot summos Pontifices, Ecclesiæ Capita, & Doctores, in definiendis rebus Fidei infallibles, nec non Universale Concilium Tridentinum: ut videre est sub Propositione XXXI. & XL. quis Orthodoxorum credat?

Tertium grave inconveniens insertur. Nempe, non fuisse à Bonitate, & sapientissima Providentia DEI, alienum, ut DEI Ecclesiam, (cui Christus specialem, ad vitandas falsitates, & damnandas, Assistentiam dedit) in tam universalem ferre omnium Catholicorum errorem labi permitteret, tantamq; tot Ecclesiasticorum, tot Religiosorum, tot Doctorum ac Virorum, Sanctitate, Miraculisq; illustrum, fieri conspirationem, ad tuendam tam acerrimam in Mysterio Religi-

onis Opinionem, falsam, scripturæ contrariam, & ex qua inferuntur sequelæ pernicioſæ.

*Quarum grande inconveniens, Miracula facta esse à DEO, in Confirmationem erroris, revelatumq; Divinitus ut verum, quod à Veritate deviat; Vide sub Proposito XVI. & XX.*

## PROPOSITIO XXIX.

Concilium Florentinum definivit contrarium piæ sententiaꝝ. Ita videtur sentire Cardinalis Cajetanus, in suo Tractatu de Conceptione Beatæ Virginis, cap, 5. Ibi enim leguntur hæc.

**C**onciliabulo Basileensi declaranti Seß: 36. Beatam Virginem, esse sine labe conceptam, è Regione opponitur, verum ac venerandum Concilium, ex Ferraria, in Florentiam translatum, Græcorum & Latinorum, sub Eugenio IV, ubi inter Dogmata Fidei, traduntur hæc verba. Firmiter credit, profiteretur, & docet sacra Romana Ecclesia, neminem unquam ex viro faminaq; conceptum, à Diaboli dominatu fuisse liberatum, nisi per Fidem Mediatoris DEI & herminum, JESU Christi Domini nostri, qui sine peccato conceptus, natus & moriūs, humani generis, peccata delendo, solus sua morte prostravit & Regni cœlestis introitum, quod primus homo, peccati proprio, cum omni sua successione, prodiderat, reseravit. Hæc ibi. Quæ inducta sunt, ut appareat pro illo tempore quō res, in quæstione erat, Universalis Ecclesia, solum Christum exceptit, ab originali pecca-

peccato, quod non erat dicendum; si Beata Virgo quoq; excipienda esset. Huc uigil Caietanus.

Respondet ut. Concilium Florentinum nihil decrevisse contrarium pia sententiae. Probatur id multipliciter.

*Primo.* Quia Patres Concilii Tridentini bene noverant, quid nam Concilium Florentinum decreverit, nec illi in materia Fidei, quidquam contrarium statuerunt, & tamen professi sunt & declararunt, non esse lux intentionis comprehendere Beatam Virginem, in Decreto de peccato originali, sed observandas esse Constitutiones Sixti IV. plurimum favorabiles pia sententiae. Ergo pater in Concilio Florentino, nihil decretum fuisse, contra puritatem Virginis in sua Conceptione.

*Secundo.* Summi Pontifices, ut Sixtus IV. Innocentius VIII. Leo X. Adrianus VI. Clemens VII. Paulus III. Sanctus Pius V. Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Alexander VII. & alii impensè faverunt pia sententiae, ut constat ex dictis. Imò quidam eorum, ut notavi suprà, totum ferè id, in Bullis suis tradiderunt, quod Concilium Basileense de Conceptione. Estne autem credibile, eos favisse illi sententiae, cuius oppositum antea decrevit, dicitur, Eugenius IV. cum Concilio legitimo Florentino?

*Tertio.* Admissò interim, à Caietano allegata esse Verba Concilii Florentini, Vox illa *solus*, ut patet reflectenti, coniungitur cum subsequentibus verbis, nempe, *solus sua morte prostravit*: quod verissimum est. quamvis B. Virgo sit concepta, & nata sine peccato. Imò ut sapienter adverut, P. Nierembergius, in Exceptionibus Concilii Tridentini, c.

Florentinum  
Conciliū non  
adversari  
piae senten-  
tiae demor-  
stratur.

Explicantas  
verba Concilii.

8. potius Immaculatæ Conceptioni favet Florentinum, cùm dicatur. *Solus Christus prostravit, & non dicitur. Solus Christus sine peccato Conceptus & natus.* Dixi. admissò interim illæ verba esse Concilii Florentini, Nam non habentur in Definitione, nec in Decreto Eugenii IV, nec in Tomis Antiquorum Conciliorum, sed tantum recens posita sunt in Bullario, sub nomine Bullæ Eugenii IV. contra Iacobitas, quæ ferè tribus Annis post Concilium finitum Florentinum, facta est.

### PROPOSITIO XXX.

Opinio de Immaculata Conceptione debet esse probis Catholicis suspecta, ut pote, quæ est approbata, à schismaticis in Concilio Basileensi, inconsultè ac temerariè cudentibus novam ac insolitā determinationem, in qua DEUS permisit Concilium schismaticū errare, quia sine probatione præsumpsit definire, Beatam Virginē sine labe esse conceptā.

*Ita Gulielmus Estius in 3. Dist: 3. q. 3.*

**C**orcilium Basileæ celebratum, Sess: 36. quæ habita est Anno 1439. 17 Septembris ita decrevit. *Diligenter in-*

ter inspectis Auctoritatibus, quæ jam à pluribus annis, in pluribus relationibus, ex parte utriusq; Doctrinae, coram hac Sancta Concilii de Basileensis  
Synodo, allegatae sunt, aliisq; plurimis, super hac re visis, & ma- cretum pro  
tura consideratione pensatis, Doctrinam illam afferentem, DEI Ge- Immaculata  
nitricem Mariam preveniente & operante Divini muneris Conceptione.

gratia singulari, nunquam actualiter originali subiacuisse pec-  
cato, sed immunem semper fuisse, ab omni originali culpa, san-  
cta nq; & immaculatam, tanquam piam & consonam cultui Ec-  
clesiastico, Fidei Catholice, rectæq; rationi & sacrae scripture,  
ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplezen-  
dam, definimus, & declaramus, nulliq; licitum esse de cætero in  
contrarium prædicare, seu docere.

Michael Palacius in 3, distinct. 3. disput. 1. Manuel Rodericus Tono 1. qq, Regul. quæst: 58. P. Raynaudus in Tract. de Pietate Lugdunensi, & in suis Diptychis Ma- rianis. & alii plurimi, sapientissimè notant, quod post De- creta Sixti IV, à Concilio Tridentino approbata; item post Constitutiones Pauli V, Gregorii XV, & maximè Alexan- dro VII, quod inquam Ecclesia Orthodoxa, illa omnia videtur tradere, de pia sententia, quæ tradita sunt de ea, in allegato Decreto Concilii Basileensis; Unde Estius ar- guendo erroris, temeritatis, & præsumptionis Patres Con- cili i Basileensis, ratione illius Decreti, eò ipso nimis inconsultè ac temerariè, arguit erroris sun. mos Pastores Ecclesiæ.

Summi Pon-  
tifices idem  
videntur de-  
crevisse.

NOTA imò. Multùm à vero deviat Estius, dicen-  
do hoc Dogma novum esse. Vide sub Propositi. III. Ex  
ipsis etiam allegatis Verbis Decreti Basileensis, patet Estium  
gravi-

Decretū Con- graviter falli, dum asserit, sine probatione, processisse Pa-  
 ciliū Baſileen- tres illos, ad determinationem. Constat enim in hac mate-  
 ſis factum est ria, iſtitutum fuisse, accuratissimum examen; quadriennio  
 p̄via ma- enim antē, id est Annō 1435, Cardinali Arelatensi iniunxit  
 gna delibera- Basileensis Conventus, ut diligenter procuraret per omnes  
 fione. Bibliotheças, ac singula Archiva Universitatum, Ecclesiārū,  
 Monasteriorum, Regumq; ac Principum perquiri quoscunq; libroſ, ſcripta, Acta, Deliberationes, Decisiones publicas  
 & privatas, in Generalibus ſtudiis, & alibi de hac materia  
 factas, easq; extrahi, & ad Synodum deferri, ut iis, adiu-  
 ta, poſſet quæſtionem hanc decidere. Ut teſtantur Acta  
 Concilii huius, apud Spondanum Episcopum. Constat de-  
 cum ex probatis Auctoribus, ut refert, P. Velasquez. quod  
 antequam illud Decretum formatum eſt, selectos eſſe duos  
 Doctores, & Doctorib; qui Concilio aſſidebant, quorum  
 alter piam opinionem, alter contrariam propugnarent, cu-  
 nctis argumentorum & Rationum momentis propositis. Di-  
 ſputarunt igitur ſinguli per octo continuos dies, ſat fuſe,  
 cuncta cuiq; ſententiæ convenientia, deditq; initium diſerta-  
 tionis, P. F. Joannes de Montenegro, ex Ordine Prædicato-  
 rum, Vir apprimè doctus, & magnæ in diſputando Aucto-  
 ritatis, (quo ſubinde Doctore, Concilium Florentinum in  
 Diſputatione cum Græcis, ab eximiam Eius doctrinam, uti  
 voluit) ſuamq; Opinionem proposuit, explicavit, & variis  
 argumentationibus fulcivit. Sequenti verò die, Doctor Jo-  
 annes, de Contreras, Canonicus Toletanus, piâ ſententiâ di-  
 lucide expositâ, & multiplici ratione communica, oppositis  
 ſibi Argumentis ſatisfecit, quo ordine alternativè ſervato,  
 toti

toti Octo dies, tam in disputando, quam in scribendo, ut Patres Concilii, utriusque sententiæ momenta, commodius penderent, consumpti sunt. Re igitur maturè, & summa curâ examinata, formatum est Decretum suprà citatum.

NOTA 2dō. Decretum illud, fuit paulò post, scilicet Annō 1457. receptum, & observari mandatum, à Concilio Provinciali Avenionensi, cui interfuerunt tredecem Episcopi Galli, & duo Cardinales præsidebant. Circa idem etiam tempus, Regnum Valentiae, ad Basiliensis Concilii Decretum observandum se obligavit. Veritatem item illius Decreti comprobavit DEUS miraculis. Vide sub Propositione XVI. Præterat etiam tunc Concilio Basiliensi, dñ illud Decretum formatum est, Ludovicus Alemanus, Archiepiscopus Arelatensis, Pio II, in sua Europa, c. 42. & Gvidoni Papæ laudatissimus, & ob multa miracula, Beatorum numero adscriptus diplomate Clementis VII, Annō 1527.

A pluribus  
receptum co-  
probatumq;  
est miraculis  
decretū illud.

NOTA 3tiō. ex P. Vasquez Tom. 2, in 3. p. disput. 117. cap. 15. & ex aliis quibusdam Theologis Clasicis, ut Bellarmino, Suarez. Quod Concilium Basiliense, sententiam suam de Immac. Conceptione B. Virginis, pro Article Fidei haberi noluit, solān enim statuit, sententiam illam amplectendam esse, ut piam & consernam cultui Ecclesiastico, Fidei Catholicae, scripturæ Sacrae, & Rationi. Porro idem statuisse Sextum IV præcipue vero Alexandrum VII, incomerto est.

Y

PRO-

## PROPOSITIO XXXI.

Concilii Tridentini Patres, non fuerunt docti, qui declararunt, Beatam Virginem non comprehendendi in illa Propositione Universali: Omnes in Adam peccaverunt. Ita Rhamnus in Praefatione sua prefixo libro de Concept. Cardin. Turrecremata, ut praeter alios refert Catbarinus, in Prologo ad Iulium III, & Concilii Tridentini Patres.

**P**RÆMITTO. ANNO 1545. sub Paulo III, incepsum est Concilium Tridentinum, in illo, Sess: 5. quæ celebrata fuit, die 17. Mensis Junii, Anno 1546. Cinone. 2. & 4. de peccato originali, hæc statuit. Si quis Ad prævaricationem, sibi soli, & non ejus propagini, afferit nocuisse, & acceptam à DEO Sanctitatem, & Iustitiam, quam perdidit, sibi soli & non omnibus etiam, eum perdiisse, aut inquinatum ullum, per inobedientia peccatum, mortem & pænam corporis tantum, in omne genus humianum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est Animæ, Anathema sit: cùm contradicat Apostolo dicenti. Per unum hominem, peccatum intravit in Mundum, & per peccatum Mors, & ita in omnes homines Mors pertransiit, in quo omnes peccaverant. Hæc Concilium. Quæ sane verba, cùm te-  
mel &

mel & iterum repetiisset, statim in Beatam Virginem, mentis oculos reverenter intendens, disertis Verbis addit: *Declarat tamen hæc ipsa Sancta Synodus, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam & Immaculatam Virginem Mariam, DEI Genitricem, sed observandas esse Constitutiones, felicis Recordationis, Sixti Papæ IV. sub pénis in eis contentis, quas innovat. Huncusq; Concilium.*

NOTA. Concilii prædicti, Annō 1545 inchoati, Decreta omnia lecta sunt, in fine illius Concilii, Annō 1563. Iisque subscriperunt omnes Patres, fueruntq; numero 255. Scilicet Legati 4. Cardinales, 2. Patriarchæ 3. Archiepiscopi 25. Episcopi 163. Abbates 7. Procuratores absentium cum legitimo mandato 39. Generales Ordinum 7. Qua- liter verò quidam moliebantur impedire Declarationem illæ Tridentinæ, impensè faventem piaæ sententiæ; cur item in illa Sacrosancta Synodo, non est ultimatè definita sententia de Immaculata Conceptione. Vide sub Propositione XL.

Quidam Sabinus, Heraclæ Episcopus, hæreticus Ma-  
cedonianus, non dubitavit olim, in cælum ponere os suum,  
Oecumenici Concilii mihi Nicæni Sanctissimos & doctissimos  
Patres, appellando indoctos, ut refert Socrates in Historia  
sua Ecclesiastica lib: 1. cap, 5. Et en Rhamnus ille Thra- De illius Cō-  
ciliis Patribus  
judicij in Rha-  
mni, à Veri-  
tate alienis.  
tūniosum est.  
so, impudenter austus est renovare stolidum Judicium Sabi-  
ni, dum Sacrosancti Concilii Tridentini sapientissimos Pa-  
tres, quorum maxima pars, scriptis doctissimis, quæ exstāt, simum & ca-  
quantum doctrinā, etiam Theologicā valeret, exquisitè com-

probat, vocat indoctos. Certe Concilium Tridentinum, & Sapientiam, & Auctoritatem, a consensu congregatorum, si illum aliud, maximè constabat. Sanctus quoque Carolus Boromæus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, in eo plurimam operam dedit, ut iuxta hoc Sacro-Sanctum Concilium, quod Eius petissimum sollicitudine, iam tum fuerat absolutum, Ecclesiam sibi commissam componeret.

Quid secundum rei Veritatem, de illius Concilii Patrum, Doctrinæ eminentia, Sanctitate, & studiorum ac virtutum eximiarum divitias, inclytus Annò Christi 1581, in Anglia Martyr, Edmundus Campianus, Nostræ Societatis, censuerit, libeat audire. Is in libro ad Academicos, Ratione 4. loquitur sic. Tridentina Synodus, quod magis in veterarascet: eò magis in dies, eoq; perennius efflorescet. Bone DEUS! Quæ Gentium varietas? Qui delectus Episcoporum totius Orbis? Qui Regum & Rerum publicarum splendor? Quæ medulla Theologorum? Quæ Sanctitas? Quæ lacryme? Quæ Iejunia? Qui flores Academicici? Quæ lingue? Quanta subtilitas? Quantus labor? Quam infinita lectio? Quantæ Virtutum & studiorum Divitiae? Augustum illud Sacrarium impleverunt? Libeat etiam audire erucitionis ac sapientiae fanâ celebrem Sfortiâ Pallavicinum in Apparatu suo ad Historiam Concilii Tridentini cap. 1. Nullum (inquit) ex Conciliis, fuit Tridentino Concilio diuturnius tempore; amplius, Fidei dogmatibus ibi sanctis; morum mutatione, efficacius; obstaculis interpositis, magis arduum; & sedulitate in rebus discutiendis, accuratus.

Mira-

Per enervationem Propositionis XXXI. 173

Miraris crudite Orthodoze Lector & damnas haud dubie, Rhaini illius scilicet Judicium de Patribus Concilii Tridentini, quod eos vocaverit, non doctos, immo ut testatur Catharinus, loco Superioris citato, ausus est eos arguere immoderationis, audacie ac petulancie inscitiae, ut qui, cum se noscerent, apud doctos Theologos minoris esse existimationis, istis novitatibus captarunt auram popularem, atq; ideo non veriti sunt facere verbuna hac de re. Verum nonne obstupefces & execraberis Eiusdem Rhammi, (ahas Viri Catholici, ut se profitetur, ne dicam quid amplius) Propositiones, quae in Rhamni Opere eius, cui Titulum praefixit de Universali Corruptione positiones de Generis humani. parte sta capite 9no. continentur. scilicet testanda.

1. Lutheranismus, à DEO permisus est exoriri, ad castigationem negligentia summorum Pontificum, qui Assertionem Immaculatae Conceptionis non eradicaverant.

2. Non obstante Extravagante Sixti IV. vetantis notare hereticos alterutram partem: in hac controversia, tamen firmiter tenendum est, secundum fidem Catholicam, quod B. Virgo sit concepta, in originali peccato.

3. Festum Immaculatae Conceptionis, est inventum satanæ, ad bonos servos DEI, antique Doctrinæ tenaces, fidei Sanctæ pugiles strenuissimos, diræ persecutionibus insectandos.

Præstat Lacrymis ista diluere, quam argumentationibus: immo merentur hæc, non calamum detergentem, sed fustarium contundentem.

PRO-

## PROPOSITIO XXXII.

Nulla affertur Ratio valida, imò nec  
ulla congrua, ut quis prudenter indu-  
catur ad sentiendum, illibatam fuisse  
Conceptionem B. Virginis. Ita olim  
communiter Patroni rigide sententiæ.

*Argumenta  
quinq; con-  
victiva.*

**N**onne apud quemlibet Orthodoxum, veritatis Aman-  
tem, Argumenta validissima pro illibata Concepti-  
one censenda sunt; quæ ex variis classicis Auctori-  
bus desumpta, breviter innuo.

*Primū Argu-  
mentū con-  
victivū pro  
Immaculata  
Conceptione  
B. Virginis.* 1. Quidquid publico ritu & solenni, Universa Ecclesia Catholica celebrat, non est falsum. Sed Universa Ecclesia Catholica, publico & solenni ritu, celebrat, B. Mariam fuisse præservatam à peccato originali. Ergo id non est falsum. Maior & Minor huius Argumenti constat ex dictis sub Propositione XXV. à folio 131. ad folium 139.

*2dum Argu-  
mentum.* 2. Si quæratur ex S. Augustino, quibusnam Argumentis, & motivis, tantus Vir, incredibili prudentia, ad iudicandum prædictus, inductus est, ut relictō Manichæismō, Religionem Catholicam, multa licet summè ardua, ad credendum, continentem, amplecteretur? Respondet ipsemet in libro contra Epistolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, cap. 4. Multa sunt, quæ in Ecclesiae Catholice gremio,

me iustissimè tenent: tenet Confessio popolorum atq; Gentium; tenet Auctoritas Miraculis inchoata; tenet Auctoritas Sedis Apostolice, cui pascendas oves suas, Dominus commendavit. Nonne prohibato eiam Conceptu Virginis, malitat, & quidem accerrime, consensus Populorum & Gentium? Omnimè fere doctissimorum, omnium Academiarum & Universitatum, in Orbe Orthodoxe? Vide sub Propositione XXVII. à folio 145. Nonne idem comprobat multitudo miraculorum, quorum aliqua supra innui sub Propositione XVI. folio 93. Tot item Bullæ & Diplomata Summorum Pontificum? & quid oro difficultatis est, in assentiendo piæ sententiæ, affrenti dilectissimam DEI Matrem à Filio præservatam, ne unquam Dæmonis fieret mancipium?

Confirmatur. Quia propè omnium Fidelium sensus, & consensus, planè videtur demonstrare veritatem piæ sententiæ. Rectè enim nos adtronet S. Paulinus Nolanus Episcopus Epistol. 4. p. 72. Ut de omnium Fidelium ore pendeamus. Nemini enim dubium est Ecclesiam Spiritu Sancto regi, nisi quis fortè Christi non crediderit Evangelio; nam in eo promissus est Spiritus ipse Sanctus, Spiritus inquam veritatis, ut in Ecclesia maneat in perpetuum, & ut eam doceat, & ducat in omnem veritatem.

3. Ratio desumitur, ex Miraculis, & Revelationibus, propter Argum. eadem veritate, Vide sub Propositionibus, XVI. & XX. mentum. folio 93. & seq: item folio 115. & seq.

4. In causis præsertim criminalibus, nulla Persona, multo minus constituta, in eminenti aliqua dignitate, est condemnanda; nisi ex Probationibus luce meridiana clarioribus, plane

planè convincatur. Ut docent omnes Iuris consulti, & habetur lib: 5. ff. de Prenis, & alibi. Sed nulla assertur Probatio, luce meridiana clarior, qua convincatur, B. Virgo, eminentissimæ dignitatis (quia DEI Mater) crimen mortale originale incurrisse; imò sunt argumenta validissima, pro illius Innocentia, ut constat ex dictis & dicendis in hoc Libro. Non ergo damnanda est, criminis mortalis originalis. Accusatore non probante, reus etiam vilissimus absolvitur; & Mater DEI, cui innocens non pronuntiatur, siquidem Accusator in probando deficit. Ast per impossibile, concedamus, æque validas esse Rationes, contra & pro innocentia Virginis, tamen cum certum sit, ut docent omnes Theologi, cum D. Themat: 2. 2. q. 70. Art: 2. In dubio, Iudex, facilior debet esse ad absolvendum, quam condemnandum. Nonne iustitiae & pietati consonat, ut Mater DEI, & omnium nostrum, cum de originali culpa, certo non confiteret, à nobis absolvatur, non condemnetur?

*gum Argu-  
mentum Cō-  
stitutivum.*

2. Qui est optimè affectus, erga Beatam Virginem, dicit de Ea sentire & loqui quām honorificè potest, & quantum per Ecclesiam licet. Quis enim eum censuerit optimè affectum, erga aliquem, qui si possit de eo bene sentire, & loqui honorifice, idēq; absq; errore, & culpa ulla præstare possit, malit tamen tetram aliquam labem ei inurere, & de eo loqui spurca, aut indigna? Hoc, quod dixi, credo, nullus prudens inficiari potest. Sed ingens est decus B. Virginis, semper caruisse, non tantum veniali peccatō, verè etiam multò magis, mortali originali. ut demonstratum

sub

sub Propos: 2da. f. 23.. & seq. Fas iten est omnib⁹ Fidelibus, tenere Eam, sine labe originis conceptam, docente Ecclesia, per Summ.os Pontifices, in illo Judicio, de B. Virgine, nullum esse erroris practici periculum, & eadem Ecclesiā ad sic sentiendum, invitante Fideles, elargitione Indulgentiarum de Sacro Thesauro, in eam rem collata. Ergo sic tenendum.

Sapienter Franciscus à Penna Ordinis Prædicatorum, *Notabilis Ad-*  
scripsit. *Quid in nos admisit Sanctissima Virgo, ut de Ejus pu-* verio.  
*ritate non credamus, quidquid credi sine scripulo potest? Et quia*  
*Sacrum Concilium Tridentinum Eam comprehendere, non vult*  
*in suo Decreto, de peccato originali, nec ego comprehendere volo.*  
Videlius Propositione XXXII f. 171. & sub Propositione XL.

Jam insuper adjicio quasdam alias Ra-  
tiones, sat validas, & multum congruas.

I. **P**otuit DEUS præservare Matrem suam à labe origi-  
nali. Quæ enim in hoc implicantia? & decuit, ut id  
faceret. Decuit enim ut Mater DEI, non fuerit un-  
quam rea æternæ damnationis, & Dæmonis mancipium. De-  
cuit item, ut DEI Filius, Matri suæ, quam maximè dilige-  
bat, id beneficium præstisset. Ergo tenendum est id præ-  
stisset. Hoc Argumentum convicit Doctores Parisienses,  
ut illibatam Conceptionem B. Virginis tuerentur, desum-  
ptumq; est ex Subtili Doctore Scoto, qui in 3. Sent. Distinct: 3.  
q. 1. in favorem piaæ Sententiæ, ait. *Si Auctoritati Ecclesiæ,*

*Rationes*  
*Duodecē re-*  
*ferū ur, qui-*  
*bus sat valide*  
*probatur B.*  
*Virginis iniu-*  
*nitas à labe*  
*originae.*

*Prima sat*  
*valida Ratio.*

vel Authoritati Scripturæ non repugnat, videtur probabile, quod excellentius est tribuere MARIAE. Sed B. Virginem esse conceptam sine peccato, non repugnat. &c. Ergo id illi attribuendum. Vide dicta de Subtili Scoto, sub Preposit. XVI. folio, 94. & seq:

*Ratio 2da.* II. Propter Dignitatem Maternitatis, Mater DEI, debuit esse Virgo Corpore, sine corruptione coniugali, sine motibus concupiscentiæ, sine labe originali; ut conceditur. Ergo multò magis propter eandem Maternitatem, debuit esse Virgo Mente, sine labe originali, quæ Virginitatem mentis corruptit, maiusq; est malum, quam corruptio coniugalis, quam motus concupiscentiæ, & quam culpa quæcunq; venialis.

*Ratio 3ta.* III. Propter eandem Dignitatem, non permisit DEUS corrumpi post mortem Corpus B. Virginis. Ergo nulloc magis non permisit corrumpi in vita animam Virginis, per labem originalem. Arcuit DEUS vermes à Carne Virginea; & ab anima Eius, non arcuerit stygium serpentem? Si abiit B. Virgo, in Montana cum festinatione, ut Sanctificaretur Joannes; Nonne congruum est censere, Spiritum S. venisse & festinasse ad Virginem, imo prævenisse, & præfestinasse, ut Sancta conciperetur?

*Ratio 4ta.* IV. Nullum unquam Privilegium & donum speciale concessum est, alicui puræ creaturæ, quod non sit etiam concedendum Matri DEI, nisi forte conditioni, statui, naturæ, aut sexui repugnaret; præsertim si tale Privilegium concer-

nat

nat puritatem. Nam Deiparæ puritas maxima est sub Christo DEO. Ut dicit S. Thomas 3. p. q. 27. Art. 2. ad 2. sed Angelis & primis Parentibus concessum est hoc donum, quod sint creati in statu gratiae Sanctificantis. Ergo multò magis Reginæ Angelorum est hoc concessum. Et certè (ut bene arguit Catharinus Disput: pro Immaculata Conceptione B. Virginis, lib: 3.) Si B MARIA, quovis unquam fuissest maculata delicto, & posset aliquod murmur esse in Cœlo; jure optimo data esset Angelis, multa conquerendi occasio, quod Eam sibi præpositam viderent, & ut Reginam venerandam, quam tamen, & peccato, & Diabolo, aliquando subditam considerarent; quin & ipsa Virgo nonnulo humili pudore suffunderetur, dum se impuram aliquando fuisse conspiceret, & beatos illos spiritus, puritate nituisse, quâ certè indecentiâ offuscaretur gloria Paradiso.

V. Illos quos DEUS eligit, ita præparat & disponit, ut ad id, ad quod eliguntur, inveniantur idonei. ut loquitur S. Thomas, 3. p. q. 27. Art: 4. sed dignitas Maternitatis DEI, incomparabiliter excedit dignitatem omnium Angelorum; Unde S. Anselmus de Excellentia Virginis cap. 2. Hoc (inquit) solùm de Beatissima prædicari, quod sit Mater DEI, excedit omnē altitudinem, quæ post DEUM dici, vel cogitari potest. Ergo si quidem Angeli tuerunt creati in statu graue, multò convenientius fuerat, ut sic etiam crearetur Anima Matris DEI. Gloriatur Apostolus 2. ad Corinth: 3. quod se & alios Apostolos DEUS fecerit idoneos Ministros, novi Testamenti. Et gloriari non posset MARIA, idoneam se factam esse Angelorum Dominam?

**Ratio 6ta.** VI. E. Virgo omnes hemines, uti cæteris Virtutibus, sic præsertim humilitate superabat. Ergo cum se nusquam peccatricem dicat, ne quidem in suo Canticō, ubi exponit suam indignitatem; *Respxit humilitatem Ancillæ suæ;* apparet semper immunem Eam fuisse ob omni labe. Maxime cum certum sit, in illis verbis, B. Virginem exercuisse Actum perfectissimæ humilitatis: Maior autem est humilitas, confiteri indignitatem moralem, qualis est ortus cum labe originali, quam confiteri se esse creaturam & Ancillam DEI.

**Ratio 7ma.** VII. Primus homo ex terra, eaque nondum maledicta, ab ipso DEO conditus fuit, non è concubitu Maris & feminæ generatus. Ergo etiam Christus Dominus, qui similiter non ex concubitu Maris & feminæ, sed operâ Spiritus S., formandus erat; ex terra non maledicta, id est ex Matre Virgine, quæ omnis maledictionis, proinde & omnis noxæ etiam originalis expers, formatus est. Hac paritate usus est, & S. Andreas Apostolus, ut legitur in Historia vitæ Eius.

**Ratio 8va.** VIII. Gratia Sanctificans, seu Filiatio DEI adoptiva, est incompossibilis, cum quovis peccato gravi. Ergo multò magis Maternitas DEI, etiam cum originali; Utique enim Mater vera & physica, plus diligitur, quam filius, solum adoptivus? Proinde Maternitas vera physica, naturalis, longè estimabilior est, quam filiatio DEI adoptiva. Sicut præstantius est esse, Matrem naturalem Regis, quam esse filium adoptativum Regis.

**Ratio 9na.** IX. Redemptio præservativa, est multò perfectior Redemptio

ptione curativâ, ut patet: à pluribus enim liberatur, qui non permittitur peccare; nam liberatur à culpa Actuali, à pudore, & ab irreparabili iactura perfectæ innocentiae, à quibus non liberatur is, cui post lapsum, culpa remittitur. quia semel admisso peccatô, semper verum est dicere, peccavit, innocentiam perfectam non habet, habet materiam pudoris. Ergo Christus Dominus, utpote perfectissimus Redemptor, circa aliquam creaturam, exercuit Redemptionem illam præservativam; Quam verò, hac excellenti Redemptione, à peccato liberaret, si non Matrem suam?

X. Magister Petrus Aureoli in Tract: de Concept: B. Vir-  
ginis, sic argumentatur. Inveniuntur, & inventi sunt, qui fuerunt vasa iræ perpetua, & erunt; ut concepti in originali, nec baptizati, addiderunt blasphemias Actuales, & in illis defuncti, perpetuò damnati sunt. Inveniuntur & alii qui fuerant vasa iræ, deinde misericordie, ut sunt baptizati. Ergo reperiri debet, extrellum alterum excellentius, quod videlicet sit aliquod vas misericordie DEI perpetuum. Quod nunquam fuerit defacto Vas iræ; præsertim cum DEUS ad misericordiam pronior sit, quam ad iram. Unde si invenitur vas aliquod iræ perpetuum, magis decens est, & rationabile, quod inventum fuerit aliquod misericordie Vas aeternū. Nec valet si quis diceret, quod tale Vas fuit Christus; nam ipse, misericordiâ non indiguit, cum miseriam peccatô non habuerit, nec habere debuerit de jure, nec de facto, cui oportuerit misereri. MARIA verò, et si defacto non habuerit, tamen habuisset, si non fuisset præventa.

XI. Argumentum deluptum ex Sapientissimo Patre Hieronymo Baptista de Lanuza, Ord: Prædicat: [Si hæreticus vel

vel infidelis mulierem, Catholicam gravidam, idcirco interficeret, quod Christiana sit, factum verò in utero latentem, ne Christianus sit: is ipse infantulus, Sanctus & Martyr esset. Potest contingere, ut aliquis hostis Christi, factum huiusmodi occidat in utero Matris, in ipso instanti; vel immediatè, postquam fuerit animatus; puellus iste posset Virgini obiciere, se perinde, ac illam, leviter peccatum originali laborasse. &c. Proinde ut verificetur, Supremam Dominam hanc, ceteros omnes, Sanctitate superasse, par est asserere, Eam Privilegiō singulari in gratia & sine peccato conceptam fuisse.

*Ratio 12ma.* XII. DEUS plus dilexit B. Virginem, quam omnes creaturas, ut docet S. Thomas in 1. dicit: 17. q. 2, Art: 4. & ex sententiis omnium Theologorum asserit Magnus Suarez Tomo 2. 3. p. Disput: 18. DEUS plus amat solam B. Virginem, quam reliquos omnes Santos. Ergo Eam DEUS ab omni peccato præteravit. Nos qui diligimus B. Virginem, utique in nostra contestate fuisset, præservassemus Eam à lapsu originali & negabimus id, Matri suae dilectissimæ, præstitum à Filio DEI, vero DEO, qui dedit Præceptum de honorandis & amandis Parentibus: Utique ille filius esset reprehensibilis, qui videret suam Matrem in Captivitatem, abducendam esse, & non impediret, cum posset. Nec in eiusmodi Filio esset Amor efficax intensus; Is enim ex natura sua, est impeditivus, omnis gravis mali moralis ab objecto amato.

Vide & Rationes comprobativas eiusdem Veritatis sub Propositione VIII, & X, à fol: 51. & fol: 71.

Sed

Sed fortè obiiciet quispiam in contra. Si à vero non deviat pia sententia, cuius præcipuus ac maximus vindex fuit Subtilis Doctor, Joannes Duns Scotus, qui tantam illi sententiæ, doctrinæ sua Autoritate, fidem comparavit, quantam nullus aliis, ante vel post ipsum, omnibusq; ferè Theologis, Immaculatae Conceptionis propagrandæ Auctor exstitit. ut scribit, Pater Ferdinandus de Salazar in sua Defensione, c. 42, sæculo 14to. Si inquam Scotus, tantus Propugnator fuit illius sententiæ, ut dicitur, piæ & veræ; tunc non permisisset DEUS, Eum tam misera bili & horrenda morte extingvi. Referunt enim non nulli, ut Paulus Jovius, in libro cui Titulus, *Elogia Doctorum Virorum*. impresso Antverpiæ, Annò 1557. & ex eo, Abrahamus Bzovijs, & alii quidam; quod scilicet Scotus comitiale m morbum passus, existimabatur esse mortuus, & à suis discipulis, & Religiosis, in Conventu Coloniensi tilissimi. sepultus est vivus: Interea dum ad se rediit, implorata fru stra ope, magnis è tumuli fornice clamoribus, allisit caput, ac præ rabiè manus sibi voraverat, ut postea deprehensum est, tunculô reseratō. RESPONDETUR. Esse merum Commentum, quod citati Auctores hoc in passu referant. Huius ipsius sat convictivæ Rationes afferuntur hæ.

1. Quia, cùm sepultus fuerit in ingressu Sacrarii, si clavavit adeo, (ut dicitur,) itane omnes Religiosi, quorū tunc supra ducenti, in illo Conventu habitaverant, surdi fuerunt? ut opem implorans magnis clamoribus, non sit auditus? Si audierunt; quanta eorum inhumanitas & crudelitas in illum ingeniorum Phænicem, & suum Doctorem præcipuum negata opitulatione? Nunquam item in

Rejicitur  
narratio, ut-  
pote confita  
de violenta  
morte Scotti  
Doctoris Sub-

illorum Patrum Ecclesia, sepulchra fuerunt concamera-  
ta, sed effossæ terræ mandabantur mortui: obrutus autem ter-  
rā, quomodo clama ret?

2. Quia Coloniæ, ubi Marianus Doctor Scotus vixit, & sepultus,  
conventudo est apud Patres Franciscanos, etiam per totū Or-  
dinem observata, non sepelire mortuos, nisi die sequenti, post  
Missam Requiem pro mortuo cantatam; per quod spatiū,  
si aliquis non esset verè mortuus, sed à se tantummodo alien-  
natus, certè rediret ad se. Usus item est apud eosdem  
Patres, cadaver asseri impositum, eidem alligare; unde non  
posset moveri ad dictas Actiones.

3. Quia per ducentos à morte Scotti Annos, non tantum  
ullus Scriptorum, Historicorum, nec non Æmulorum, & po-  
tenter adversantium Scotti, in suis scriptis meminit huiusmo-  
di facti; sed etiam, qui eodem saeculo & sequenti à morte Sco-  
tti scripserunt, honorificentissimè meminerunt Scotti, inter alios  
Antonius Andreas, Scotti æqualis, ad finem 12 Metaph: alle-  
gans Scottum iam vita functum ait: *Cujus fama & memo-  
ria in benedictione est. Primum Epitaphium, quod tuit  
polū supra sepulchrū huius Magni Doctoris, brevi post E-  
ius obitum fuit sequens, scriptum conformiter, ad simplici-  
tatem illius temporis.*

*Clauditur hic rarus, fons Ecclesiæ, via, vivus,  
Doctor Justitiae, studii flos, Arca Sophie.  
Ingenio scandens, scripture abdita pandens;  
In teneris Annis fuit. Ergo memento Joannie.*

Hunc

Hunc DEUS ornatum fac cælitus esse beatum  
Pro Patre translato, modulemur pectore grato  
Dux fuit hic Cleri, Claustræ Lux, & Tuba veri.

ACCEDIT. Quod Paulum Jovium, Scriptorem fuisse  
sæpè nugivendum & impostorem, multa Viri gravissimi que-  
sti sunt, quos inter Justus Lipsius 1. Politic: c. 9. Possenti-  
mus lib: 16. Bibliothecæ c. 4, Azorius lib: 6. de gestis Ema-  
nuelis Regis Lusitanæ, P. Raynaudus & passim alii. Jo-  
vius ergo, sive innata fingendi libidine, sive imploratus ab  
aliquo cuius intererat, Scotum denigrare, ea de Scoto  
chartis illavit, quæ nulli retro scriptori comperta fuerunt.

Commentum item merum est, eundem Scotum morbo  
comitiali laborasse.

Fundamentum verò fabellæ de Scoto excitatae, non im-  
probabiliter assertur hoc. Trithemius in Chronico refert  
de Gereone Archiepiscopo Colonæ, homine Sanctissimo (cu-  
iis electioni Pontifex per Angelum monitus, annuit) quod  
fuerit sepultus vivus, à Diacono Valaramo ambiente eun-  
dem Archiepiscopatu, dum in extasim raptus, mortuus esse  
videbatur. Egit postea pænitentiam Valaramus pro hoc  
Sacrilegio & veniens Romam, absolutus est à Pontifice, sub  
ista conditione, ut vel novum fundaret Monasterium, vel  
vetus aliquod collapsum restauraret pro pænitentia, quod  
ille fecit, restaurando Monasterium S. Martini Colonæ, &  
annuis redditibus dotando, propter sustentationem Religio-  
rum, qui appellabantur de Scotia. Probabile itaq; est,

quod istæ narrationes confusæ, hoc est de persona sepulta vi-  
va, de Religiosis de Scotia, confaverunt fabulam istam, de  
sepultura & morte Joannis Duns Scoti; Qui suscepit sum-  
ma cum devotione Ecclesiæ Sacramentis, obiit Coloniz, An-  
nō Christi 1308. die 8va Novembris, nondum expleto Annō  
ætatis suæ 34o.

### PROPOSITIO XXXIII.

Summi Pontifices in favorem illibatæ  
Conceptionis non sunt locuti dispōsi-  
tivè, quasi ita sentirent, sed tantum lo-  
cuti sunt recitativè, id est, ad pietatem,  
vel ad Opinionem aliorum loquebantur.  
Ita Libellatores Romani. Nominē Libellatorum ho-  
rum quidnam intelligatur. Vide in Prologo fol: 3:

*Autores di-  
cta Propositi-  
onis non rectè  
assumperunt  
officiū Inter-  
pretarum.*

**Q**uis Libellatores illes constituit Interpretes, vel fecit  
Divinatores mentis Summorum Pontificum?  
Et certè, quoniam fundamento id asserere audent,  
quod Summi Pontifices usurpaverint verba destituta sensu  
proprio, vel ea protulerint instar Personarum nullo sensu  
informatarum? De quo Tribunal dicitis hanc sententiam,  
Libellatores in tot & tantos Summos Pastores Ecclesiæ?  
Præsumptione videlicet Cordis vestri: altum Tribunal, sed  
guinosum. Item

Item. Nonne sine ullo fundamento, illa interpretatione  
Libellatorum admissa, posset pariter dici. Summos Pon- Retorsio va-  
tices, & S. Thomam, aliosq; Doctores in favorem illibatae lida,  
Nativitatis Beatae Virginis, nec non in favorem eius vitæ  
Sanctissimæ, non esse locutos dispositivè, quasi ita sentirent.  
Scilicet B. Virginem natam esse sine peccato originali; nec ul-  
lum unquam commisso peccatum veniale; sed tantum lo-  
cutos recitativè, id est, ad pietatem, vel ad opinionem aliorū?

Bene etiam urget P. Velasquez; Mirum (inquit) est,  
videri Libellatores istos in verbis apertis, planis, & in ma-  
nifestum sensum exeuntibus, divinare: an cum intentione,  
an verò præter intentionem à Pontificibus dicantur. Ete-  
nim si hominem, liberè ambulantem, comedentem, loquentem,  
semper credimus ex intentione, scientia, & approbatione vo-  
luntatis, ambulare, comedere, & loqui; qua Ratione tot  
Summos Ecclesiae Pontifices, qui nennisi ordinatissimè & ex  
rationis præscripto, agere & loqui censendi sunt, in re adeo  
gravi arbitramur sine intentione, Scientia & voluntatis ap-  
probatione, fuisse locutos? ut non tam veritati, quam gra-  
tia humanæ darent, quod vocetenus sine sensu enuntiabant.  
Summum Pontificem Alexandrum VII in sua Constitu-  
tione multùm favorabili Illibatae Conceptioni B. Virginis non  
tantum dispositivè, sed dispositissimè esse locutum, patet e-  
videnter ex *Adversione*, quæ habetur ad finem libri huius  
pagina VI.

## PROPOSITIO XXXIV.

A Summis Pontificibus utraq; Sententia, in hac Controversia, est ut probabilis declarata & confirmata. Ita Libellatores.

*H.ec Propositio. Improbabile est Deiparam esse in peccato Conceptam. Damnata est, ab Alexandro VII. Ita Caramuel in Apologemate de Probabilitate contra Fagnanum, num: 219.*

**N**ullus Romanus Pontifex Opinionem, Sententiaz piaꝝ oppositam, esse probabilem declaravit & confirmavit. Ut sapienter annotarunt, Franciscus Suarez Tomo 2. in 3. p. disput: 3. Sect: 6ta. Cardinalis Nitardus, Examin: Theolog: p. 1. q. 8. Thysus Gonzales, Disput: 2, Raynaldus Tomo 7. in Diptichis Marianis p. 2. punto 2. num 49. ubi ait. Non urgeretur Scitis Pontificum, qui affirmaret, Sententiam, qua Conceptioni B. Virginis affricatur originale peccatum, non esse piam, vel non esse nunc etiam probabilem. Magnus vero Suarez, qui obiit Anno Christi 1627. longè antea, quam edita esset Constitutio Alexandri VII summi favorabilis piaꝝ Sententiaz, loco supra citato scribit. *Opinio de Conceptione maculata, nulli vel firmo, vel satis apparenti fundamento inniti potest.*

Nullibi etiam Alexander VII damnavit suprā nominatam Propositionem. Exhibetur Bulla vel aliquod Decretum Romanum.

PRO-

Per enervationem Proposit: XXXIV & XXXV 189

## PROPOSITIO XXXV.

Officium Leonardi Nogarolis, editum,  
in quo clarissimè & pluries Conceptio  
Beatæ Virginis, sine macula fuisse, asse-  
ritur, non fuit Sixti IV Pontificis Au-  
toritate munitum, sed privati cujusdam  
Doctoris pietate editum: jussu verò Pii  
V. expunctionem est ex Breviario, ut sic  
Pontifex, aliquomodo derogaret Conce-  
ptioni Immaculatæ. *Ita nonnulli Patroni ri-*  
*gidæ Opinionis asserunt apud P. Velasquez libi 4 de*  
*MARIA Immaculatæ concepta, dissert. 3. Rationeq; illa-*  
*us expunctionis plurimum exultarunt; ut refert idem*  
*Eruditissimus Pater.*

**V**identur hi fuisse ex eorum numero, qui oculos habent  
& non vident, vel de quibus S. Hieronymus lib: con-  
tra Lucif: c. 4. Solent (inquit) oculis clausis denegare, <sup>Prima pars</sup> <sup>35 Propositiones</sup>  
qui non credunt factum esse, quod nolunt. Nam utiq; in Sixii errorea est.  
IV Bullia, quæ edita Annō 1476, & incipit. Cūm præexcel-  
sa leguntur hæc. Autoritate Apostolica, in perpetuum vali-  
tura

sura Constitutione, statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi Fideles, utriusq; Sexus, qui Missam & Officium Conceptionis Virginis ejusdem gloriose, juxta piam & laudabilem Ordinationem dilecti Filii Magistri Leonardi de Nogarolis, Veronensis, Notarii nostri, & quæ desuper à nobis emanavit, Missæ & Officii Ejusmodi Institutionem in die Festivitatis Conceptionis Ejusdem Virginis MARIAE, & per Octavas ejus, devotè celebraverint & dixerint, Indulgentiam & peccatorum remissionem consequantur. En clarissime Sixtus Pontifex Apostolica Auctoritate, Officium Leonardi recitandum Fidelibus proposuit. Idem facit in Extravaganti Gravè nimis. Edita Annō 1483.

**NOTA.** In primis Vesperis illius Officij, ad secundum Psalmum, decantatur hæc Antiphona: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in Te.* Item in Oratione, quæ in Officio illo, & in Missa, dicenda proponitur; Quam Pontifex Sixtus IV, à seipso dicit emanasse, sunt hæc: *DEUS qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio Tuo habitaculum præparasti; præsta, ut sicut ex morte Fili Tui prævisa, Eam ab omni labore præservasti, ita nos mundos ad Te pervenire concedas.*

*Ad 2dum.* Quidpiamne Sanctitati Visitationis, Beatae MARIAE Virginis, nec non Divorum, Augustini, Dominicani, Josephi, Francisci de Paula, Catharinae, Ursulae, & Benedicti, derogavit Pius V, eò, quod prædictorum Sanctorum Officia propria, iussu ipsius expuncta fuerunt ex Breviario, aliaq; substituta?

*Nec 2da pars ejusdem Propositi unusubstituta.*

Non leguntur exultasse Patroni minus piæ Sententiarum,

ex eo, quod idem Pius V, ex Breviario, Festum Præsentationis B. Virginis expunxerit: & cur tripudiant, quod sustulerit Officium Nogarolicum?

*Nota Primò.* Communiter solet dici, Pium V, ut se Revelationi, Helvino Abbatii, tempore S. Anselmi, factæ, (vide sub Prepositione XXV, fol. 139) conformaret, instituisse, ut Officium Immaculatæ Conceptionis esset idem, quod in die Nativitatis B. Virginis, mutato solunmodo Nativitatis nomine, in nomen Conceptionis; Licet autem sustulerit Officium Nogarolicum, quod fuerat approbatum à Sixto IV. & ferè à cunctis, per Annos ultra centum recitatum: concessit tamen omnibus Religiosis Minoribus, Divi Francisci Alumnis, utriusq; Sexus, ut illud retinerent in suis Breviariis, & defactio hucusq; ab illis recitatur & cantatur.

NOTA 2dō Ex Bibliotheca Scriptorum Societatis JESU; Cūm Pius V. ex Breviario, Festum Præsentationis, tanquam minus antiquum expunxisset, P. Franciscus Turrianus Soc: JESU, ex recondito suo Antiquitatis penu, vetustissimos Auctores, Græcos & Latinos deprompsit, Eorumq; testimoniis probavit, Festum Præsentationis diem, Veteribus atq; Sanctissimis Patribus, & olim cognitum & laudibus celebratum fuisse: Itaq; exquisitâ, & maxima in Beatâ Virginem devotione perfecit, ut festus dies iam oblitus, in usum revocaretur, atq; Ecclesiæ Catholicæ restitueretur. Quam eius pietatem Sanctissima Virgo gratam habuit, & (ut pareat, credimus) in ipsomet Festo die, quem ipse tanto conatu defenderat, ut ad felicem vitam commigraret, im-

P. Turrianus  
S. J. effecit,  
ut restituere-  
tur Festum  
Præsentatio-  
nis Beatae  
Virginis,

petra

petravit suis precibus. Obiit Annō 1554. Novembris 21.

NOTA 3<sup>to</sup>. P. Joannes Absolon, à Societate JE-SU, Sacré Theologiz Doctor, in suo pereruditō libro de Immaculata Conceptione, impresso Pragae Annō 1717. habet hæc: *Ut quovis feria sta, que quidem impedita non sit, ex Apostolica concessione recitare possimus Officium Sandissimi Sacramenti, Austriacæ Caroli VI, Augustissimi Imperatoris pietatis debemus. Et erit tempus (ita augurari licet) quod Ejusdem Pii, Felicis, invicti Cæsaris precibus, hoc dabit Christi Vicarius, ut Officium Nogarolicum de Immaculata MARIE Conceptione, quovis non impedito Sabatho, dicere libeat omnibus, quos DEUS Austriae Fasces Austriacos constitutis.*

NOTA 4<sup>to</sup>. Jactabant nonnulli Officium parvum Immaculatæ Conceptionis, prohibitum esse recitari.

Officiū illud Verūm pūssimus Leopoldus Imperator, literis suis datis ab Innocentio tis, ad Innocentium XI. effecit, ut illud confirmaret Pontificis confirmationem, per Breve Apostolicum datum Romæ 18 Decembris, sum est.

Annō 1678. Libeat audire ipsum Breve Apostolicum. Superioribus mensibus prohibitum fuit, (à Magistro S. Palatii) Officium quoddam, de Immaeulata Conceptione B. Virginis, quia Indulgentiam Apocrypham continebat, & falso asserebatur, à felicis memoriæ, Paulo V. Prædecessore nostro, approbatum fuisse

- sub ea autem prohibitione, non comprehenditur illud Officium, quod ab Antiquissimo tempore, hujus Sanctæ Sedis permisso, in Ecclesia recitatur, neq; enim minuere, ullo pacto voluimus Deiparae cultum, sed potius, quò ad ejus fieri poterit, augere & amplificare.

Per enervationem Propositionis XXXVI. 193

ficare. Hec habuimus quæ ad Tuas literas, eos super argumento responderemus: Omnia verò fusi cognosces à viva voce Venerabilis Fratris Francisci Archiepiscopi Thessalic: Nuncii Nostrri. Egregio interim zelo quem eodem literæ declarant, debitas tribuimus laudes ac Majestati Tuae Apostolicam Benedictionem amanissimè impertimus.

NOTA sì. Ex P. Velasquez libro 4. Dissert: 9. Alphonsus Rodriguez Soc: JESU, admiranda Sanctitate, & *Alphonsus Rodriguez* prodigiis conspicuus, cùm à B. Virginis imperio, (ut opinio Rodriguez S. J. fert) eas preces scriplerit, quibus eam quotidie salutare conservaverat, inter eas signatè conscripsit *Sanctissimum Officium purissimæ, & Immaculatæ Conceptionis Deiparæ.* addens duo-decem *Pater noster,* & duodecim AVE MARIA, quæ numerum 24 complebant, acommodata 24 horis diei ac noctis, in honorem purissimæ Conceptionis, ut Virgo quavis hora dignaretur precari Filium suum, ut eum à peccato liberaret & præservaret. Hic ille est Rodriguez Societatis Nostræ Coadiutor, qui dicere solebat (ut etiam annotavi supra sub Proposit. XXVII fol: 151) hanc unam inter ceteras esse causam institutæ Societatis à DEO per B. Ignatium, ut Immaculatam Conceptionem Deiparæ, omni tum doctrinæ, tum Eloquentiæ copia tueretur, & quo diffusa est Orbe toto disseminaretur, atq; evulgaretur.

Bb

PRO.

## PROPOSITIO XXXVI.

Juxta Pium V. Sententia de Immaculata Conceptione, est minùs probabilis, & minùs fundata & solida. Ita asserit Gulielmus Estius in 3. Dist. 3. dicitq; id ipsum constare ex Bulla Pii V. edita Annō 1570. quæ incipit: Super speculam.

*S. Pius V. favebat pia sententia.* **S**ed nihil tale continetur in illa Bulla, ut legenti eam, patebit. Certum autem est, quod dictus Pontifex, in ea ipsa Bulla, quæ incipit. *Super speculam.* firmum atq; ratum esse voluerit, quidquid in favorem piæ sententiae, tam Sextus IV statuit, quam Concilium Tridentinum declaravit, addita illa favorabili clausula: *Ac si ea, de verbo ad verbum inserta essent.* Certum item quod in Officio Conceptionis, à Pio V, in Breviarium Romanum inducto, in Responsorio octavo dicatur. *Sancta Conceptio.* Ergo est Immaculata. Vide sub Proposit: XXIV. f. 129. Certum item, quod tam ille, quam Gregorius XIII damnaverit in speciali Bulla Propositiones 79. Michaélis Baji, inter quas est & hæc: *Nemo præter Christum est absq; peccato originali. Hinc B. Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque Ejus afflictiones, in hac vita, sicut & aliorum Iustorum, fuerunt ultiones peccati Actualis, vel originalis.*

Non

Non diffiteor tamen, in illa Constitutione Pii V. *Super speculam*, prohiberi Disputationes de Conceptione, sermone vulgari & ad populum. Statuimus (inquit) & ordinamus, ut per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo, cuiuscunquè Ordinis, Gradus, Conditionis, vel Dignitatis existat, in popularibus Concionibus, vel ubi conuenire solet, de hujus Controversie alterutra parte disputare, rationibus vel Doctorum Auctoritate, afferendo propriam Sententiam & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa questione, cuiusvis pietatis praetextu, vulgari sermone, scribere vel dictare presumat. Qui contra fecerit, suspensionis penam à Divinis absq; nova declaratione, ipso facto incurrat, si modo fuerit in Sacris constitutus, & quocunq; præterea gradu, sive Dignitate vel Administratione fungatur, illis omnibus sit ipso Jure privatus.

Hæc tamen prohibitio, videtur abrogata, per contrariam communem praxim non insciis, nec invitis, Summis Pontificibus, Successoribus. Pii V, qui obiit Annō 1572; post obitum enim eius non invita Romana Sede, in Regnis & Provinciis Catholicis, tam in Concionibus popularibus, quam in libris plurimis, vulgari idiomate impressis, Immaculata Conceptio propugnabatur, & opinio contraria potenter impugnabatur. Certum verò est, quod Gregorius XV, Anno 1622, & Alexander VII, Annō 1661 districte præceperint, ut nemo, neq; in sermone & scriptis audeat asserere, B. Virginem esse in peccato originali Conceptam, huicq; præcepto ubiq; & semper obtemperatum est.

## PROPOSITIO XXXVII.

Universus celebris Ordo Sancti Dominici, acerrime semper impugnabat Illibatam Conceptionem Beatæ Virginis.

*Ita quidam minus eruditæ & minus oculati.*

**P**ropositio prædicta, à vero longissimè aberrat, & de Ecclesia orthodoxa in terris militante, semper optimè merito Prædicatorum Ordini clarissimo, injuriosa est. *Clarissimo* inquam, ex hoc enim Sacro Ordine evenit ad Suum Pontificatum, Innocentius V, Benedictus XI, S. Pius V, Benedictus XIII, (qui felicissimè Ecclesiam Sanctam nunc regit: utinam & diutissimè!) Numerando vero ad Annum 1719, ad Purpuram Cardinalitiam assumpsi sunt 45, ad Archipræsuleas Insulas 119: ad Episcopales 762. Dixi Propositionem prædictam, injuriosam esse; idq; ipsum probatur.

Primò enim, illi qui ex hoc celeberrimo Ordine in *Illibata Conceptione B. Virginis* tueruntur S. Dominico & aliis Sacerdoti ex hoc Santo Ordine. Album Sanctorum; rite à Summis Pontificibus relatis sunt; propugnarunt Illibatum Conceptum B. Virginis. S. Dominicus, qui splendore Sanctitatis ac doctrinæ, Gentes ad Christianam pietatem, tum per se, tum per suis Ordinis Socios inflammabat, (per eosq; hucusq; intensè inflamarat) in confirmationem Immaculatæ Conceptionis, insigne

signe patravit miraculum. Lege illud supra sub Propositione XVI, folio 102. & seq: Libro item de Carne Christi cap. 17. scripsit. *Sicut primus Adam, fuit ex terra Virgine, & nuncquam maledicta, formatus: ita decūt in secundo Adam fieri.* Idem Sanctus, cum suis primis Discipulis, solemnitatem Conceptionis B. Virginis, 8vā Decembris celebrabat: ut constat ex Antiquissimo Ordinis huius Martyrologio, Annō 1254. conscripto, & ex aliis Martyrologiis postea impressis, præsertim Annō 1579; iussu Stephani Caballi, Generalis 48, Ordinis Prædicatorum. Et Raymundus Lullus in Prologo Tractatus de Conceptione, testatur: Annō 1250, Festum Immaculatae Conceptionis fuisse à Patribus Dominicanis celebratum in Galliis: additq; Patres Dominicanos, ab exordio ferē sui Ordinis usq; ad Annū 1387, & ita Annis centum triginta tribus, celebrasse solemnitatem Conceptionis, quam postea in Sanctificationem commutārunt; Teste Spondano Episcopo Appamiarum, ad Annū 1387mum, Ambrosio Gatharino, aliisq; de quo vide Eruditissimum Petrum de Alva in funiculis Nodi indissolubilis folio 107. Proculdubio igitur S. Hiacynthus ab ipsomet S. Fundatore in Ordinem assumptus, Annō 1218, Purissimam Conceptionem B. Virginis etiam celebrabat; idem dicendum de S. Petro Martyre eiusdem Ordinis, qui proximus fuit temporibus S. Dominicī, utpote in odium Fidei Sanctæ, interemptus An: 1260.

S. Raymundus de Penafort, qui obiit Annō 1275. s̄p̄ius e Cathedra, præsertim in Ecclesia Hispalensi, Annō 1260 deprædicabat illibatum Conceptum B. Virginis, ut testatur Palaus & Alvarus Pizarus, aliisq;

S. Thomam in nostris militare Castris, deductum supra sub Propositione X, & XI. folio 65, & 79.

S. Vincentius Ferrerius (obiit is Annō 1419) in Codice Summæ S. Thomæ ad 3. p. q. 21. Art: 2, ad 3. sua propria manu in margine adscripsit. B. Virgo fuit immunis à peccato originali & actuali. Exstat de his verbis & Annotatione S. Vincentii, ex Originali descriptis, publicum & Authenticum instrumentum, Annō 1652, die 21 Novembris confectum in Civitate Alcaniz Regni Aragoniæ, totumq; leg; potest apud Patrem Joannem Nierembergum in Exceptionibus Concilii Tridentini fol: 207. Vide alios Textus huius Sancti comprobativos eiusdem Veritatis sub Propositione V, fol: 37.

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, qui obiit Annō 1499, neutri placito fixè adhæsit hac in parte. Unde pro rerum occasione, utrumlibet obiter admittebat, aut non respondebat, ut dedit P. Nierembergus in Dissert: Epistolis, Epist: 4. ubi etiam in favorem huius Mysterii, adducit verba huius Sancti, desumpta ex 4. p. c. 13. §. 4. Osten ditur (inquit S. Antoninus, explicando verbum Salutationis Angelicæ, AVE) ex hoc verbo, singularitas MARIAE, sibi enim soli congruit hoc verbum AVE, quod derivatur ab illo, quod est sine Ve; hoc est sine Veh. Veh autem importat miseriam, nulla autem pura creatura est, quæ sit sine ve, nisi Virgo MARIA.

S. Pius V, (qui obiit Anno 1572) confirmavit Extravagantes Sixti IV & novas indulgentias concessit, qui bene erga

erga Conceptionem B. Virginis affecti essent. Vide dicta sub Propositione XXXV, fol: 191. & XXXVI. folio 194.

S. Ludovicus Bertrandus (qui obiit Annō 1581) in sermone de Purissima Virgine, quem Valentī habuit, in 4. parte ait. *Minimè existimandum est, Conceptionem Domine nostræ, in generatione, aut organizatione Corporis, sed in infusione, ac unione animæ ad idem consistere, per quam integra ejus Persona, ac suppositum, ex Anima & Corpore conflatum, conceptum evadit.* Quoniam autem in hac infusione, quando Anima, Corporis possessionem primum adivit, nullius peccati originalis sorde fuit confurcata, cui reliquorum Anime in primo momento, quo Corporis contubernium agnoscunt, infeliciter subiiciuntur, ideo Jure optimo de B. Virginis Conceptione Festum celebramus. Hæc sane Domina, singulares prerogativas, ac cumulatissima Privilegia, in die suæ Conceptionis recepit; quorum primum maximum est gratiæ beneficium, quod in sua Conceptione ab originali labe, preservata fuit. Vide plura de hoc Sancto, sub Propositione V. fol: 36.

Annumerari his potest & Albertus Magnus qui obiit Annō 1280. Vide sub Propositione V, folio 37, & sub Propositione X. folio 74.

2dū. Propositione 37ma reiicienda etiam ex eo est, quia licet nonnulli ex clarissimo Ordine Prædicatorum, priusquam hæc veritas liquidior fieret, senserint Illibatae Conceptioni oppositum, tamen plurimi recenseri solent, eam propugnasse. Ita alii plurimi celebres Thomistæ antiqui. Balthasar Perenno ultra 40 Dominicanos, in rem nostram adducit. Multò plures profert Joannes Ferrandus in Ope-

re, cui Titulus: *Vindiciæ pro primæva & germana Ordinis Prædicatorum Sententia de Immaculata Concepcione B. Virginis MARIAE.* Idem præstítit & Antoninus Marcus Palaus in sua *Defensione Dominicana Immaculatæ Concepti:* Idem fecit & Pater Raynaudus Tomo 8. in libro cui Titulus. *Pietas Lundunensis.* Pater verò Joannes Nierembergius in *Exceptionibus Concilii Tridentini c. 23.* recenset pro hac pia Sententia, duodecem Magistros Sacri Palatii, quinque Generales, & circiter centum Doctores. Inter quos sunt, Vincentius Cassali, (floruit sub Annum 1217) in Tractatibus suis Panegyricis, acutè & solide propugnat Illibatum Conceptum B. Virginis.

Vincentius Belluacensis (vivebat Annō 1240) in suo speculo Historico lib: 7. cap. 121, ubi affert & laudat verba S. Ildephonsi, quibus Immaculatam Conceptionem affirmat.

Hugo de Montecaro (assumptus postea ad Purporam Cardinalitiam) in cap. 111um & 101um S. Lucæ; (floreuit sub Annum 1250).

Joannes Bromiardus, qui floruit circa Annum 1260, in summa Prædicantium Verbo: MARIA. Art. 2. num. 10. ait. B. Virgo fuit cæteris specialius & eminentius Sanctificata: Nam S.Thomas 3. p q. 27. Art: 2. ponit ejus Sanctificationis Excellentiam, quantum ad temporis prioritatem in hoc, quod Sanctificata fuit in Ejus animatione: id est in conjunctione Animæ cum corpore, non ante. Ita Bromiardus Antiquissimus Thomista stat locum illum S. Thomæ. Et en in modernis Exemplari-

plaribus in eodem loco citato S. Thomæ 3. p. q. 27. Art. 2.  
legitur contrarium.

Jacobus de Voragine (sic dictus, propter profunditatem doctrinæ, quasi voraret omnia: ab aliis *de Viragine* dictus, ab Oppido, quod est in Territorio Genuensi) Archi-Episcopus Genuensis, serm: 6. & 7. de Annuntiatione. Et in Histeria sua Lombardica, duo miracula refert comprobativa Immaculatæ Conceptionis, eaçq; approbat.

Joannes Taulerus, Concionator Insignis & piissimus Teste Card: Bellarmino, (floruit Annō 1350) Ille serm: 1. de Purificatione Virginis Beatæ ait. *Culpæ originalis perpetuò expers est, à qua illam preservavit Filius Ejus, ita, ne momentū quidem temporis Filia ire fuerit.*

Joannes de Viterbio, nec non Ambrosius Catharinus, integrōs libros scriplerunt pro illibata Conceptione B. Virginis, quæ illis etiam specialia beneficia contulit. Vide sub Propositione XVI, fol: 98 & 99.

Gaspar Catalan de Monsanis, Episcopus Ilerdensis, de quo vide sub Propositione X, fol: 66 & seq;

Hieronymus Lanuza Episcopus Balbastrensis, plurib; rationibus Immaculatam Conceptionem probat & ultra ducentas quinquaginta Conciones de illibata Conceptione habuit; ut refert Hieronymus Fuser Dissert: in eius vita, lib: 3. cap. 12. obiit Annō 1625.

Vincentius Justinianus Antistius in Additionibus ad vitam S. Ludovici Bertrandi, cui Sancto multum familia-

riter & diu convixit, cap: 3, §. 14. ait. Jam in Hispania, in Indiis, & in Gallia, & in tota penè Europa, contra piam Opinonem aut scribere, aut docere, aut concionari velle, nihil aliud fuerit, quam male canere, & in malo cantu durare, & occasionem dare, ne illud Terentii occinatur: frustra nitti, & laborando, nihil aliud, quam odium querere, extremæ dementiæ est. Magnæ prudentiæ fuerit, eam opinionem, omnino deserere; quemadmodum ii, qui collabentem jam jam domum vident, (quod de muribus Plinius scribit) fugâ se subducunt. Jam illi desunt cathedræ, suggesta, Confessionalia, Libri. Jam Regum Diadema-ta, jam Episcoporum Mirra, jam Cardinalium Galeri, jam Pontificum Tiaræ, & ipsamet Concilia; quando Tridentinum omnino protestatum est, non esse suæ intentionis, in Decreto de peccato originali, Deiparam comprehendere. Hucusq; Vincentius. De quo Antonius Senensis, eiusdem Ordinis in Bibliotheca Fra-trū Prædicatorū, impressa Parisis Ar: 1585. mihi pag: 267. habet hæc. Frater Vincentius Justinianus ex Provincia Aragoniæ, in Regno Valentia agens, Vir ingenio felix, in studiis diligens, in evolvendis Annalibus, & rerum Antiquarum monumentis assidus, & tam in Aristotelica, quam etiam in Scholastica doctrina exercitatus, ac Lector Theologiae eruditus, & dignus, quem Dominicane Familiae Alumni omnes, multo prosequantur amore, & multum venerentur. Ita Senensis.

310. Enervatur dicta Propositio XXXVII. Quia

Nec nō recē- Idem Vincentius Antistius in suis Additionibus ad Caput  
tiores Tho- ultimum vitæ S. Ludovici Bertrandi, cui erat valde fa-  
miliaris, §. 16. testatur; valde receptam; porro valde re-  
ptam colligit Eruditissimus Pater Nierembergius, & ex eo.

Tum

Tum quia, Cathedras Primarias & Vespertinas Salmanticas, & Compluti occupant, unam item Valisoleti & quartam Limae, in Regno Peruano. Lege autem ibi cautum est, ne ullus ibidem id munus capessat, nisi prævio Juramento propugnandi Sententiam piam. Tum qui a multi lauream & gradum Doctoris, & Magistri, assununt in Academias illis, in quibus nulli confertur honor hic, nisi præstito eodem Juramento; Et inter eiusmodi Academias, eminet Parisiensis. Ergo multi doctissimi ex Ordine Prædicatorum amplectebantur & amplectuntur piam Sententiam. Quis autem dubitet à Viris hisce doctissimis in Discipulorum animos eandem Sententiam instillari?

4to. Quia Annô 1618 die 14 Junii, Provincialis, & Doctores Provinciæ Hispanæ, Ordinis Prædicat: Madriti in Conventu Provinciali congregati, supplicarunt Paulo V. Summo Pontifici, ut ipsis imperaret recitationem Officii, & Celebrationem Festi Purissimæ Conceptionis Matris DEI. Initium Epistolæ est. *Jussu Sacrae Catholicae Majestatis &c.* tota hæc Epistola videri potest apud P. Nierembergum in Except: Concilii Tridentini fol: 211. Item in Capitulo Ordinis Prædicatorum Beneventano, Annô 1653, factum est Decr: tum eiusmodi. *Nostri Religiosi & Communitates, assistant Concionibus & Festis hujus Mysterii Immaculatae Conceptionis, & aliis Actionibus publicis, & in omnibus occasionibus, laudetur, glorificetur, & sustentetur predicta Doctrina.* In modo Admodum R.P. Thyrus Gonzales, Societatis nostræ Præpositus Generalis, zelô ardentissimo & scientiâ eminentissimâ clariſſimus,

mus, in gemmo suo Tractatu Theologico de Immaculata Virginis Concepione, Disput: 2. Sect: 15. scribit; post Alexandrum VII, plerosq; inq fortè omnes, ex prædicto Sacro Ordine, inclinare in Sententiam faventem Immaculatæ Conceptioni, & Sect: 16 ait. Crediderim nullum nunc esse Virum doctum in gravissima Prædicatorum Familia, qui ritè expensis fundamentis Sententie piæ, judicare id audeat nunc, illam esse falsam.

## PROPOSITIO XXXVIII.

In gratiam Immaculatæ Conceptionis, non sunt concedendæ Indulgentiæ; timendum enim est, ne veritas Immaculatæ Conceptionis, videri possit definita, tanquam certa ex Fide, quod tamen Ecclesia hactenus, non definivit. Ita quidam ex Patronis rigidae Sententie, ut refert Pater Raynaudus Tomo 7. in Diptychis Marianis.

Auctor 38va  
Propositionis,  
est majoris  
arrogantiae,  
quam scien-  
tiae.

**A**uctor huius Propositionis, nimirum, quam par est formidolos, & in Theologia parum versat, discat esse Sententia omnium classicorum Theologorum, pro opere bono, & probabilitate.

liter honesto, etiam si nondum certo ex Fide, posse concedi Indulgentiam etiam ab Episcopo, qui iuxta omnes, nihil potest certum ex fide definire. Discat iten, non tam altum sapere, & elevare se, ad instruendos Summos Pontifices; omnes enim ferè à Sexto IV. incipiendo, pro Conceptionis Immaculatae cultu augendo, Indulgentiis copiose donarunt eos, qui sententes B. Virginem fuisse conceptam sine originali, aliquid recitant in illius honorem. Et tamen iidem Pontifices censuerunt, necdum esse ex Fide certam, piam Sententiam: Idq; ipsum, plures eorum, dilucidè contestati sunt, in suis Constitutionibus.

## PROPOSITIO XXXIX.

Indulgentiae concessæ, nihil conferunt Opinioni de Immaculata Conceptione; hæc enim non sunt concessæ Opinioni, nec Mysterio Conceptionis, sed pietati Fidelium. Ita Gulielmus Estius in 3.

Distinct: 3.

*Quæ in fine  
collata sunt  
Indulgentias? O-  
Fidelibus?*

**Q**uis dubitat, Opinionem, esse incapacem lucrandi Indulgentias? adeoq; ratum est, eas non concedi Opinionis; sed neq; pressè loquendo, conceduntur pietati, vcl

vel Mysterio Conceptionis, ob eandem Rationem; verum amplissimè collatæ sunt Fidelibus, ad eorum corda inflamanda, erga hoc Mysterium, ut piæ veritati huic, impensis inhæreant; adeoq; sat luculenter ex hoc ipso constat, propensio Sunimorum Pastorum Ecclesiæ, erga illibatam Conceptionem B. Virginis. Certè Sixtus IV. decoravit Festum Conceptionis, Eiusq; Octavam, similibus Indulgencis, quales concessæ erant Festo Corporis Christi ab Urbano IV, Omnesq; ferè Romani Pontifices amplas Indulgencias concederunt Ecclesiis, Processionibus, Imaginibus, & eius Festis. Nullæ autem Indulgentiæ sunt concessæ ad alliciendum Fideles, ut prositeantur maculatam Conceptionem.

## PROPOSITIO XL.

Non potest ab Ecclesia definiri & inter Fidei Dogmata constitui, Beatam Virginem fuisse Immaculatè Conceptam.  
Ita Melchior Canus libro 7. de locis Theologicis, cap. 3.  
& alii nonnulli.

*Propositi  
prædicta con-  
velliatur à Sū-  
mis Pontifici-  
bus.*

**P**ropositionem hanc evidenter damnant erroris, ad minimum sex Summi Pontifices, dum extra omne dubium prudens, in suis Constitutionibus, supponunt id fieri posse. Sixtus enim IV, in Extravaganti: Cùm pre-  
excel-

excelsa. quæ Corpori Juris inserta est, in Clemens unica,  
de Keliquis & Veneratiore Sanctorum. Item in Bulla sua. Gra-  
ve nimis. Anno 1483 edita, dicit. Cum nondum sit à Romana  
& Apostolica Sede decisum. Item Alexander VI, in Bulla,  
quæ incipit: Illius, qui se pro. Nec non Pius V, in Bulla: su-  
per Speculæ. & Paulus V, in Bulla, Regis Pacifici. districte  
uiant. Ut nullus alteram harum Opiniorum, hæreseos da-  
mnet, donec à Romana Apostolica Sede, altera fuerit definita. Item  
Gregorius X V, in Bulla, quæ incipit. Sanctissimus Dominus.  
Anno 1622 edita: ait. Donec Articulus hujusmodi, à Sede Apo-  
postolica definitus fuerit. Id in pariter habet Bulla Alexan-  
dri VII.

Eandem Propositionem imprecabant ipsi nonnulli. Nec non a  
celebriores Thomistæ, ut Joannes Turrecremata, in Tract: Thomistis  
de Veritate Conceptionis, par: 13. c. 18. testatur, se huius  
negotii definitionem, à Concilio Basiliensi postulando, his u-  
sum verbis: Quod ut facias, bene citoq; Sacerrima Concio, omni  
qua possum devotione, flexis genibus, exoro. Necnon Cajetanus,  
dum Leonem X Penitatem, in Concilio Lateranensi, sic al-  
loquitur in suo Opusc: de Conceptione c. 5. Medicus tu,  
arbiter à Christo datus, in hac Santa Lateranensi Synodo, Reli-  
gioni Christianæ, vel veritatem firmiter amplectendam tradere,  
vel publicis oblocutionibus & scandaliis, consulere digneris. Idem  
postulavit Thomas de Lemos, in Opincio contra Concepti-  
onem Immaculatam, quod asservat Avenionensis Collegii So. Item ab Im-  
cietatis JESU Bibliotheca, inibi à Patre Joanne Lorino peratoribus,  
depositum. Improbant & Imperatores, Reges, & Princi- Regiles Se.  
pes Christiani; ut videre est apud P. Velasquez, libro 4.  
de

de MARIA Immaculatè Concepta: qui definitionem huius causa instantissimè petierunt.

ACCREDIT Quia Sententia, quæ conformior est Sacræ Scripturæ, Conciliis, Summorum Pontificum Constitutionibus, Sanctis Patribus, Academiarum & Doctorum Sancitis, Rationum momentis & consensu totius fere Chrestiani populi, illa potest definiri. Sed Sententia afferens B. Virginem esse sine labe Conceptam, est eiusmodi, & non opposita; ut constat ex dictis in hoc Libro. Ergo potest definiri.

*Sententia pia  
est proximè  
definibilis.*

Non tantum autem Sententia pia potest definiri, sed etiam est proximè definibilis. Certè enim, nullus Summus Pontifex, habuit unquam tot efficacia argumenta, & documenta, ad declarandum esse aliquem Sanctum, & frui Cœlesti gloriâ, quanta habet Ecclesia ad declarandum & definendum, B. Virginem sive labe Originali Conceptam. Communior item sensus Theologorum est, expedire, ut definitur hæc Controversia. Tum propter pacificandos inter se omnes fidèles, Tum quia ipsa veritas, & legitimus sensus, multorum textuum Scripturæ Sacræ, tractantium de transmutatione peccati Adæ in posteros, per talem definitionem, decisionemq; innotesceret magis, & restringeretur firmius. Tum quia obstrucentur ora, hereticorum illorum, qui, ut testatur Coccius Tomo 1, libro 3, Artic; 6. ex eo etiam, cultum Sanctis exhibitum contemnunt, quod Ecclesia publicum Festum celebret de ipsa Sanctitate Conceptionis B. Virginis, ut evidenter constat ex Bulla Alexandri VII, cum tamenendum planè certum sit, an fuerit à peccato originali præser-

*Imò esse de-  
finiendam,  
probabilissi-  
mum est.*

vata

•ata. Porro Sententiam piam, suo tempore definiendam esse, inter cætera, persuadent, omnium ferè Orthodoxorum ardentissima desideria, quæ hoc in passu, ut inania pro semper relinquat Christus Dominus, pretiosissimæ suæ Parentis amantissimus, non videtur esse prudenter credibile. Beato item Amadæo, Ordinis Seraphici Religiolo, fertur reuelatum esse, hanc definitionem certò futuram.

*Neq; dicas cum quibusdam.* Ecclesia vel Summus Pontifex nihil potest definire contrarium doctrinæ Divi Thomæ. Ergo siquidem S. Thomas docuit B. Virginem fuisse Conceptam in peccato Originali, non poterit definiri contrariam huic ab Ecclesia vel Summo Pontifice. *Respon- Objectio in detur enim Primò.* Negando, Angelicum Doctorem accusa- contra dissol- se contrarium piæ Sententiaz, ut sat clarè & fusè dedu- vitur. Cum est sibi Propositione X, à folio 65, cum sufficienti so- lutione Obiectionum in contra: quin imò ostensum est ibidem, fuisse Defensorem piæ Sententiaz. Insuper deductum est sub Propositione XI, fol: 79, dato non concessò: S. Thomam olim asseruisse B. Virginem cum originali labe conceptam, tamen si nunc in terris viveret, proculdubio diceret oppo- situm. *Respondetur 2dò.* Negando Antecedens. Quis enim sic arctavit Ecclesiam, vel Summos Pontifices? aut ubi & à quo revelata est illa impotentia? Imò ad conve- lendum illud Antecedens. *Accedit.* Quod Ferrarensis cum sat pluribus suis Afflicis fateatur, iuxta Divi Thomæ doctrinam sibi hac in parte probatam, dicendum esse, Sen- tentiam de Immaculata Conceptione (sic Hareticam). Vide

Dd

suprà

suprà Prepositionem X, fol: 65. Certum autem est, quod Sixtus IV in Bulla sua Extravagante. Grave nimis. (Quæ exstat in Jure Canonicō, & est confirmata tam per Concilium Tridentinum Sess: 5, quam per tot Summorum Pontificum Constitutiones) definiuit, Sententiam de Immaculata Conceptione non esse Hæreticam. Omitto interim hic & nunc scrutari. An sublîstat Sententia illorum Theologorum, qui asserunt, defacto iam à tribus Summis Pontificibus definitum fuisse contrarium, quibusdam Sententiis S. Thomæ: scilicet à Bonifacio VIII, Cap. 1. de Voto & voti redempt: definitente solemnitatem Voti Religiosorum non esse Juris Divini, sed Ecclesiastici; & à Gregorio XIII, dum in Bulla. Ascendente Domino. Edita Annô 1584, definit, non solùn id, quod Bonifacius VIII, sed insuper definit etiam per sola vota simplicia post biennium Novitiatûs emissâ (in Societate JESU) fieri verè propriè Religiosum. Demum à Clemente V, declarante in sua Bulla. Si furiosus de homicidio. Et definitente, non fore irregularem illum, qui homicidium patraret in suæ vitæ defensionem,

*Oppositū pia  
Sententia de-  
finiri negit.* NOTA primò. Certum est, repugnare, ut Opinio mi-  
mus pia, ab Ecclesia definitur ut vera; & Sententia  
pia condonetur, ut falsa. Ratio est. Quia (ut  
sapientissimè in scripto suo tradito Congregationi Car-  
dinalium coram Paulo V. Annô 1617, expressit Cardina-  
lis Bellarminus) hoc esset dicere, quod Sedes Apostolica erravit,  
in approbando Officio Conceptionis: & tota Ecclesia erravit in  
recipiendo: quod certè falsissimum, & erroneum est: nec potest re-  
sponderi, quod in Officio Conceptionis, non approbatur Conceptio  
Corporis

*Corporalis immaculata, sed Sanctificatio in utero post Animationem. Nam Sextus IV, qui approbavit Officium, declaravit Animum suum; Tum in Extravaganti; Grave nimis; quæ est in Corpore Juris: Tum in approbando Officio, Leonardi Nogarolis, in cuius collecta dicitur, Virginem per merita Christi prævisa, præservatam ab omni macula. Præterea in Responsorio nono dicitur, Sancta Conceptio. At non est Conceptio, nisi in illo primo instanti, in quo infusa est Anima Corpori, alioquin si accipiatur Conceptio pro Sanctificatione, post animationem, etiam Ieremias, & Joannes Baptista, dicentur concepti sine peccato originali. Deniq; communis sensus Fidelium est, celebrari Conceptiōnem solius Virginis, quia ipsa sola verè Concepta est, sine peccato Originali. Hucusq; Bellarminus, non solum Purpurā sed etiam Doctrinā & Virtute Eminentissimus; ad Purpuram enim à Clemente VIII est fuscatus Toleto cum hoc Elogio. Hunc eligimus, quia non habet Ecclesia parem quò ad doctrinam. Virtute vero parem Sancto Carolo Boromeo Urbanus VIII dixit. Invictum robur accedit allato Argumento Cardinalitio, ex Alexandri VII Constitutione, quæ quadraginta Annis post obitum purpurati Bellarmini edita est. In qua clarissimè definitur, cultus, & Festi Conceptiōnis obiectum esse, & semper absq; mutatione fuisse, præservationē à peccato Originali, in primo instanti Animationis, seu quod idem est. Conceptionem passivam Immaculatam Beatæ Virginis.*

*Nota 2dō Cùm in Concilio Tridentino esset eō pervenit, ut de peccato originali ageretur, definitumq; fuisset de eius ad posteros transfusione, & ab aliquibus De-*

*Notabilis cō-  
certatio in  
Concilio Tri-  
dentino.*

creto confiendo destinatis videretur id Universaliter propo-  
nendum sine ulla exceptione; siquidem Propositiones San-  
cti Pauli, & Sanctorum Doctorum hac in parte Excepti-  
one vacuae sunt; quod ipsum Patres Dominicani ardenter  
optabant, unusq; ex illorum gremio, dictus Frater Joannes  
de Udine, pro hoc evincendo tale dilemma proposuit. Di-  
vus Paulus & Patres, aut crediderunt ipsam vestram Beatæ  
Virginis, à communi mortalium lege, exemptionem; aut non cre-  
diderunt. Si crediderunt, nequè tamen unquam, nisi universè  
locuti sunt, nullā factā exceptionis hujus mentione; cur non nunc  
eorum exemplum imitamini? Si contra crediderunt, tunc ve-  
stra Opinio novitatem redolet. Sed Pater Jacobus Laines  
Societatis JESU, nec non Frater Hieronymus Lombar-  
dellus, Franciscanus, exnunc doctissimè præfatum dilemma  
diluerunt sic. Non minor est Ecclesiæ, huius temporis Au-  
toritas, quām fuerit primitivæ, cùm utraq; eodem DEI  
Spiritū regatur, & eiusdem Christi Domini Vicario gu-  
bernetur. Atq; ideo, si Ecclesiæ Antiquioris consensu fa-  
ctum sive potius omissum, ut Patres sine exceptione tunc  
loquerentur, consensio universalis, quæ hisce temporibus ce-  
lebratione festivitatis, Conceptionis Deiparæ, à Romana Ec-  
clesia institutæ lese prodit, multò est fortior, ad Deiparam  
à communi sorte excipiendam, & validior ab ea defumitur  
Argumentatio. Hæc Responsio & Rationatio tanto plau-  
sus excepta est, à Sacro Concilio, ut & contrariæ Opinio-  
nis propugnator obmutuerit. & Patres Concilii, communī  
calculō, censuerint apponendam exceptionem; non compre-

hendi

prehendi scilicet Beatam Virginem illo Decreto: Cùmverò post decretam à Sancta Synodo, hanc exceptionem, Patres Dominicani contenderent, illam non pro altera tantum parte, sed pro utraq; fore ponendam, & scilicet, Concilium suam mentem explicaret, sic: *Declarat tamen hæc Sancta Synodus non esse sive intentionis, Deiparam comprehendere, neq; à communi lege, segregare.* Reiecta est ex iuncta hæc postulatio, sed abolutè Exceptionem, omnino in Deiparæ immunitatis favorem ponendam esse. Estq; defacto ita posita.

*Nota 3tiō.* Si quæratur, Cur Controversia hæc in Concilio Tridentino, strenuè agitata, non fuerit tandem definita? *Respondet Primō.* Actorum originalium huius Concilio Tridentino oculatus testis Venerabilis Pater Nicolaus Lancicius, non definita Tomo 1. Opusculo 11. de praxi Divinæ Præsentiaz, cap. 13. *Immaculata Legi* (inquit) & descripti Annō 1599, ex Actis Originalibus Conceptio B. cili Tridentini (quæ asservabantur in Castro Sancti Angeli Ro- Virginis? mano, & cùm expressa licentia Clementis VIII, Summi Pontificis, fuerunt R. P. Petro de Arrubal, Professori Theologiae in Collegio Romano, & mihi ejus Socio ad aliquas horas exhibita, à Cardinali Cæsio) Ex aliquot decadibus Episcoporum Deputarorum ad tractandum de hoc punto Conceptionis Beatæ Virginis MARIAE, omnes asservisse, illam esse conceptam sine peccato originali; sed ob instantissimas preces aliquot Episcoporum, & Theologorum Sancti Dominici, qui illi Concilio aderant rogantium, ne hac vice, propter notam, quæ inureretur Ordini Sancti Dominici hoc Decreto, illud ederent, sed supersederent, & ad aliud tempus illud rejicerent: Concilium supersedit, & Decretum illud non vulga-

vit, hanc solam ob causam. Ita habetur in illis Actis Concilii, quæ diligentissimè legi, & hæc tunc excepti. Haec enim P. Lan-

cicius Vir eximia Doctrinæ, & prudentiæ, & Sanctitatis Similia habet Doctor Hieronymus Ormachea in Cantica, Prologomeno 3to, dedi eius verba in libro meo cui Titulus. Admiranda Jansenij fol: 188.

Respondet 2d Ambrosius Catharinus, in Præfatione Disputationis ad ipsum Concilium, cui interfuit.

Cum (inquit) abhinc ferè sexennium istic Tridenti ageret Sancta Synodus, ad id potissimum congregata, ut hæreses & Zizania, quæ in agrum Domini irrepserant, tollerentur, & eo iam per ventum esset, ut de originali peccato tractaretur, pleriq; ex Patribus admonebant, optimum esse, atq; opportunum, speciali Decretō, etiam Sententiam de Immaculata Beatæ Virginis Conceptione, quæ dudum à cunctis prorsus Ecclesiis, solemni ritu celebratur, & colitur, ita prohibari ac statui, ut iam ulterius non liceret cuiq; ea de re, secus vel asserere, vel opinari. Id quibusdam (licet admodum paucis) tunc non placuit, nec ut verum fatear, mihi quidem ipsi; non quod rem ipsam, non vehementer optarem, sumpote Sanctam, & Christianæ Fraternitati congruentem, quæ in primis eundem in Dogmatibus sensum, eandem in cultu DEI observaniam poscit, sed quod consuliens per conditionem temporum videbatur prius adversas hæreses manifestas, intendere, cum illa aggredi quæ inter Catholicos controversa, digna viderentur decisione.] Hæc Catharinus.


Respondet 3d Cum pluribus Ægidius à Præsentatione, lib: 3. Quæst: 8, referendo id ad altitudinem divitiarum, sapien-

sapiencie, & scientiae DEI, & quidem recte. Cum enim Quæstio hæc, Disputationibus & concertationibus variis agitata est, ut commodius defendi potuerit, & considerata est diligentius & intellecta clarius & instantius prædicata, exstititq[ue] occasio, plurima insignia admiranda, quæ latebant, Beatae Virginis privilegia, decora, cum immortalis eius gloria, Mundo universo propalare. Insuper ut per talē dilationem ultimā definitiū ab Ecclesia sententiæ, in hac Quæstione, zelus Beatae Virginis Amatorum, magis inclascat: sicut ipfa Deipara revelavit Sanctæ Brigittæ. Vide sub Propositione XX, fol. 116.

*Nota 4to.* Pia Sententia non est de fide, vi Decreti Basiliensis. Non est de fide, Quidquid contradicat Cletovarus Doctor Parisiensis ad lib: 1. Damasceni, cap. 11. & Dionysius Rickel, alias Antonasticè dictus Carthusianus, in 3. Dist: 3, Quæst: 1. Ratio est. Quia Sixtus IV, Paulus V, Gregorius XV, Alexander VII, eadem ferè omnia videntur tradere, de pia Sententia, quæ decrevit Concilium Basiliense Sess: 36. Vide hoc Decretum, sub Propositione XXX, fol. 167. & tamen prædicti Pontifices, claram assertunt, non esse de fide piam Sententiā; Tū quia Concilii Basiliense fuit Acephalum & non legitimum, eo tempore, dū illud Decretū latum est. Nec pia sententia est de fide vi Decreti ab Apostolis in hanc rem, in primo Concilio editi, quod dicitur Granatæ, An: 1596. reperium in libro plumbeo, cuius Decreti verba sunt hæc. *Illa Virgo, illa MARIA, illa Sancta præservata fuit à peccato originali, in primo instanti sue Conceptionis, & libera ab omni culpa, & quæ*

ita non censem, non consequentur salutem æternam. Sed Ratio nostri asserti est, quia illud Decretum Concilii, (ut dicitur) Apostolici, non est Authenticum, immo reiicitur ut illegitimum, à plurimis classicis, MARIANÆ Innocentiae Defensoribus; huicq; Asserto nostro, Suffragium addunt plurimi Pontifices Romani, qui in suis Constitutionibus declarant, nihil hac de re, hucusq; definitum esse ab Ecclesia.

*Nota stò.* Ad roborandam & illustrandam veritatem de Immaculata Conceptione B. Virginis, nec non ad enervandas multas Propositiones ei adversantes, quia plurimum conductit notitia totius ab Alexandre VII, latæ Constitutionis, quæ incipit. *Solicitude.* Ideo eam cum Adversionibus quibusdam hic apponere libet.



SAN.

(\* \* \*)

# SANCTISSIMI D.N. ALEXANDRI

*DIVINA FROVIDENTIA.*

## PAPÆ VII.

Innovatio Constitutionum & Decretorum, in favorem sententiæ afferentis, Animam B. Mariæ Virginis, in sui Creatione, & in Corpus infusione, à peccato originali præservatam fuisse, editorum.

### ALEXANDER PAPA VII.

#### Ad perpetuam rei memoriam.



Ollicitudo omnium Ecclesiarum, quam, licet meritis & viribus longè impares, DEI Optimi Maximi voluntate, & providentiâ gerimus, in id Nos anxiè tenet intentos & vigilantes, ut scandala, quæ inter Fideles, pro humanæ naturæ Corruptione, & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest, paucissima, & quād diligentissimè amoventur, nam iis, per quos, veiunt, certam peccati perniciem, quibus verò præbentur, præsens afferunt labendi periculum; quorum nos, pro nostro Pastoralis Officii debito, & damnum summopere dolemus, & discrimine assiduè utimur. Sanè vetus est I.

FF

Chri-

**II.**

\* \* [+] \*

- Christi Fidelium, erga ejus Beatissimam Matrem, Virginem Mariam pietas, Sentientium, ejus animam in primo instanti creationis, atq; infusionis in Corpus, fuisse speciali DEI gratia, & Privilegio, intuitu meritorum JESU Christi, ejus Filii, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis preservatam, immunem, atq; in hoc sensu, ejus Conceptionis festivitatem, solenni ritu colentium, & celebrantium; crevitq; horum numerus, atq; hujusmodi cultus, post editas à fel. recordat: Sixto Papa IV. Prædecessore nostro in ejus commendatione, Apostolicas Constitutiones, quas sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atq; observari mandavit. Aucta rursus & propagata fuit pietas hæc; & cultus erga Deiparam, post erecta hoc nomine, approbabilibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem Indulgencias, ita, ut accendentibus quoq; plerisq; celebrioribus Academiis, ad hanc sententiam, iam ferè omnes Catholici eam complectantur. Et qui ex occasione contrariae assertio[n]is, in Concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod nempe eadem Beatissima Virgo MARIA, fuerit concepta cùm peccato originali, oriebantur in populo Christiano, cum magna DEI offensa, scandala, iurgia, & dissensiones, rec: mem: Paulus PP. V. etiā Prædecessor noster, yetuit horum Opinionem, præfatæ sententiae contraria, publicè doceri aut prædicari. Quam Prohibitionem piæ mem: Gregorius Papa XV. Similiter Prædecessor noster ad privata etiam colloquia extendit. Mandans insuper in favorem ejusdem sententiae, ut in Sacrosancto Missæ Off: Sacrificio ac Divino Officio, celebrandis tam publicè, q[ua]m privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicunq; debeant. Nihilominus prout venerabiles Fratres, Episcopi ferè omnes Hispaniarum, cùm Ecclesiarum suarum Capitulis, datis ad nos literis exposuerunt, accidente etiam insinuatione, Charissimi in Christo Filii nostri Philippi, earundem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc misit ad nos Oratorem, Venerabilem Fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatae fuerunt ad nos supplicationes Regnorum earundem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariae illius Opinionis assertores, contra præfatas Prohibitio[n]es, tum privatim, tum publicè, præfatam sententiam aut impugna-

re, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui & Fe-  
sto, secundum illam præstatum, ita interpretari, ut frustrentur; imo  
Ecclesiam Romanam, huic sententiae, & cultui iuxta illam B. Virginis,  
exhibito favere negant, pios Christi fideles è sua pacifica, quasi posses-  
sione disturbare conando: unde Offensiones, scandala, & Iurgia, qui-  
bus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri prædecesso-  
res perdurant adhuc, & ex occasione corundem adversantium majora  
ta his incommoda, in posterum, prudenter & meritò timentur. Qua-  
propter super his tam præfati Episcopi, cum Ecclesiarum suarum Ca-  
pitulis, quām memoratus Philippus Rex, ejusq; Regna, nobis pro  
opportuno remedio instanter supplicari fecerunt. Nos considerantes,  
quod Sancta Ecclesia de intemerata, semperq; Virginis Mariæ Con-  
ceptione, Festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super  
hoc Officium olim ordinavit, iuxta piam devotam & laudabilem In-  
stitutionem, quæ à Sixto IV Prædecessore nostro, tunc emanavit:  
volentesq; laudabili huic pietati, & devotioni, & Festo,, ac cultui se-  
cundum illam exhibito, in Ecclesia Romana, post ipsius cultus insti-  
tutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum, Prædecesso-  
rum nostrorum exemplo, favere, nec non tueri pietatem, & devo-  
tionem hanc colendi & celebrandi, Beatis Virginem preveniente scili-  
cat Spiritus Sancti gratiā, à peccato originali præservatam, cupientesq;  
in Christi grege unitatem Spiritus, in vinculo pacis, sedatis Offensio-  
nibus & Iurgiis, amotisq; scandalis, conservare; ad præfatorum Epi-  
scoporum, cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusq;  
Regnorum, oblatam nobis instantiam, ac preces, Constitutiones &  
Decreti à Romanis Pontificibus, Prædecessoribus Nostris, & principiè  
à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita. in favorem sententiae  
afferentis, Animam B. Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus  
infusione, Spiritus Sancti gratiā donatam, & à peccato originali præ-  
servatam fuisse: nec non & in favorem Festi & cultus Conceptionis  
Ejusdem Virginis Deiparæ, secundum piam istam sententiam, ut præ-  
fertur exhibiti, innovamus, & sub censuris & penit. in ejsdem Con-  
stitutionibus contentis, observari mandamus. Et insuper, omnes, &  
singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta, ita pergent inter-

preta-

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

- pretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ & Festo, seu cultui secundum illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festū, seu cultum, in disputationem revocare, aut contra ea, quoquo modo directe vel indirecte, aut sub quovis praetextu etiam definibilitatis ejus examinandæ, sive Sacram scripturam aut Sanctos Patres, sive Doctores, glossandi, vel interpretandi; deniq; alio quovis praetextu, seu occasione, scripto seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra eam quidquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea asserendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo; ausi fuerint, præter pœnas & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subiacere volumus, & per praesentes subjicimus, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi & interpretandi facultate, ac voce Activa, & passiva, in quibusq; electoribus, eo ipso, absq; alia Declaratione, privatos esse volumus; nec non ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum, perpetuæ inhabilitatis pœnas, ipso facto incurrire, absq; alia declaratione; à quibus pœnis, nonnisi à nobis ipsis, vel à successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut Super iis despensi possint, nec non eosdem alijs pœnis, nostro, & eorundem Romanorum Pontificum, Successorum nostrorum Arbitrio, infligendis, pariter subiacere volumus, prout subjicimus per praesentes: innovantes Pauli V. & Gregorii XV. superius memoratas Constitutiones, sive Decreta: Ac libros, in quibus prefata sententia, Festum, seu cultus, secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea, quomodo cumq; ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes, contra eadem continentur, post Pauli V. suprà laudatum Decretum edita, aut in posterum quomolibet edenda, prohibemus sub pœnis & censuris, in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absq; alia Declaratione, pro expresse prohibitis, haberi volumus & mandamus. Vetamus autem Sixti IV Constitutionibus inharentes, quempiam asserere, quod propter hoc contrariam Opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam, cum originali peccato fuisse conceptam, heresis crimen, aut mortale peccatum incurvant, cum à Romana Ecclesia & ab Apostolica sede, nondum fuerit hoc deci-

sum,

(\*\*[+]\*\*) 5

sum, prout nos nunc, minime volumus decidere, aut intendimus; quin potius contrariam illam Opinionem, hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subiecit Sixtus IV. aliiq; Prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis subiicimus, quas in contra facientes, huic nostræ Constitutioni, Superiùs infliximus. Voientes, quod contra, hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis JESU, & quomodolibet exemptos, & alias quacunq; Ecclesiasticas & sæculares personas, cujuscunq; status, gradus, Ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati Superioris, aliiq; locorum Ordinarii, quæ hæreticæ pravitatis, ubiq; locorum deputati Inquisitores, procedant, & inquirant, atq; in eos strictè animadvertant: Nos enim iis & eorum cuiilibet, contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac pœnis cōercendi, & puniendi liberam facultatem & Authoritatem iisdem, auctoritate & tenore præsentium, tribuimus, & impartimur, eosq; ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè præcipimus & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinatiq; nibus, ac quibusvis Indultis & literis Apostolicis, quibusvis personis, quantumcunq; qualificatis, & in quacunq; etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate & honore constitutis; etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel ex communicari nequeat, quomodolibet concessis. Quibus omnibus & eorum singulis etiam si pro sufficienti eorum derogatione de eis, ipsorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, ac de Verbo ad Verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda forent, præsentibus, pro sufficienter expressis, & insertis, habentes, harum Serie specialiter & expressè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia, ad eorum omniū, quorum interest, notitiam congruentius pervenire possint, in Virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ, eo ipso incurrenda, præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis & Officialibus qui-

bulcun-

buscunq; & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat & pertinet, quatenus hujusmodi, nostram Constitutionem, singulis, sua dicecessis, vel Districtus Prædicatoribus, & aliis, quibus expedire iudicaverint opportunity insinuent & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum, quoquo modo ignorantiam de premissis possit pretendere, aut se contra præmissa valeat excusare. Volumus, & similiter eadem Auctoritate decernimus, & mandamus, quod presentes literæ, per aliquos ex nostris Cursoribus, in Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolice Valvis, in Acie Campi Flora de Urbe, de more publicentur, & affigantur, quæ affixio & publicatio, ita omnes & singulos, ad quos spectat, afficiat & arctet, ac si illis personaliter intimæ fuissent; & quod illarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, & sigillo alicuius Personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus literis adhibetur, si ostense, exhibite forent. Datum Roma, apud S. MARIAM Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Decembris. M. DC. LXI. Pontificatus Nostri Annò Septimō.

## S. UGOLINUS.

**P**rudens Lector Adverte 1. Quod doctrinæ contentæ in hac Bulla, tradantur ab Alexandro VII. ut Capite totius Ecclesie, & quidem tradantur, post exactam & maturem trium Annorum deliberationem, & accuratam discussionem, concernantq; materiam morum.

Adverte 2. Quod ipsem Alexander VII. illam suam Bullam Excellentissimo D. D. Ludovico Crespi à Borio Episcopo Placentino tradens; (ut refert doctissimus Petrus Alva, Funicul. nod. 17. princip. s. 2. ncd. 2.) hæc dixit. Tandem pervenit plenitudo temporis, & in hac causa non fecimus Officium Advocati, sed Adversarii, & Impugnatoris refractorii Consultavimus hoc negotium ad intrâ, & extrâ; ad dexteram,

C<sup>+</sup> \* [+] \* \*)

VII.

am, atq; sinistram, quod multories, examinavimus, & frequen-  
tes ad DEUM misimus preces, ac tandem cum sua Divina Inspi-  
ratione, pervenimus ad expeditionem presentis Constitutionis; quam  
cum haberemus ad pedes cuiusdam imaginis Christi Domini Crucifi-  
xi, per quatuor Menses integros, ei supplicationem fecimus, ut  
dignaretur, nobis inspirare, quod magis expediret ad utilitatem  
Iuc Ecclesiae. Deniq; ipso die Sanctissimae Conceptionis, Missam  
celebravimus, implorando Divinam gratiam, subitus Corporalia  
collocando eandem Constitutionem; & sacrō sanguis Missæ sacrificio  
finito subsignavimus. Et testificari possumus Vestrae Domina-  
tioni, quod si vel minima dubitatio nobis occurisset, circa con-  
tentia in ea, non fuisset à Nobis subsignata.

Concluendo Librum hunc uno Canto, quod ad imita-  
tionem Hymni Ambrosiani, eximia Sanctitate & Cælestibus  
appatitionibus clarissimus Dominicus Pruthenus Cartusia-  
nus composuerat, eoq; sèpissimè collaudaverat B. Virginem  
Immaculatè Conceptam, quovè Canto ipsimet Cælestes  
Spiritus audierunt Eam collaudasse.

Te Cæli Reginam laudamus, Te Mundi Dominam honoramus.

Te laudant jure Universæ creaturæ, Matrem immensæ clari-  
tatis, Aulam Summæ Trinitatis. Sole Divinitatis amicta,  
Lunam supplantas Benedicta, tota glorificata, Stellis es Coronata.

Tu Æterni Patris Filia dilecta, Tu Filii DEI Genitrix electa,  
Santa quoq; Sponsa Paracleti.

Tibi omnes obediunt Angeli.

Te Cæli Celorum inestimabiliter amant.

Tibi Cherubin & Seraphin ineffabili voce proclamant, Salve,  
Salve, Salve, O Domina gloria; Pleni sunt Celi & Terra, sa-  
vitatis gratiae Tuae.

Tu Apostolorum Regina.

Tu Evangelistarum Doctrina.

VIII.

(\*\* [+] \*\*)

Te Prophetarum laudabilis numerus.  
Te Patriarcharum veneratur cuncus;  
Tu Martyrum Victoria.  
Tu Confessorum es Gloria.

Te Paradisi Rose, Virgines formosa, laudant, ut & Continen-  
tes in Choro suo carentes; Ave Regina dulcissima, gaudete Domi-  
na nostra dignissima.

Quæ gratiam Sanctis infundis, quæ liberas animas de profundis.  
Te ergo nos rei rogamus, o Genitrix DEI, succurre populo isti,  
quæ redemit pretiosus Sagus Filii Tui Domini Nostri JESU Christi.  
Superna fac & nos cum Sanctis gloriam numerari.

Per te mereamur Mater Santa, piè semper consolari.  
Tot prerogativis Sanctitatis, Coronata in Gloria Patris.  
Tot privilegiis dignitatis, gaudens jure Matris.  
Iucundare, letare, gaudete, major omni laude.  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo MARIA.

Concludo insuper Lucubrationem hanc verbis istis.

Benedicta sit Purissima & Immaculata  
Conceptio Beatae Virginis MARIAE.

F I N I S.

O. A. M. D. G.



Predicaver-  
ha pie pronu-  
tiatis, Gre-  
gorius XV.  
Annō 1621. 13.  
Aprilis, Con-  
cessit 100. An-  
norum indul-  
gentiam.



## I N D E X

Rerum notabilium, quæ in hoc libro  
continentur.

### A

Academiæ plurimæ se obligarunt juramento ad propugnandam Immaculatam Conceptionem B. Virginis, & quidem primò, Parisiensis.  
Juramenti Formula apponitur. *folio 147. & sequenti.*

Alexandri VII tota Constitutio plurimum favens Immaculatæ Conceptioni. Ad finem libri à *fol. I. ad fol. VI.* Doctrinæ in illa Constitutione contentæ, sunt traditæ post diuturnam deliberationem & examen. *fol. VI.* Notatu dignissima verba Alexandri VII, tradentis Constitutionem illam Episcopo Placentino, *ibidem fol. VI.*  
*& seq.*

Ambrosiani instar Hymni, Canticum de B. Virgine. *Ibidem in fine libri fol. VII. & seq.*

Anabaptismum & Arianam Hæresim Universa ferè Ecclesia nunquam probavit. *fol. 154. & seq.*

Anagrammata proponuntur ex his vocibus. *Ave Maria gratiâ plena Dominus Tecum.* *fol. 7. & seq.*

S. Anselmus Defensor piaz Sententiæ. *fol. 53. & 85.* Objectiones de sumpta ex S. Augustino & Sancto Anselmo, solvuntur. *fol. 54.*  
*& seq.*

Gg

Argu-

**A**rgumentis convictivis quinque, & Rationibus sat validis duodecem, probatur illibata Conceptio. à fol: 174. ad fol: 183. Argumentatio est recta. *Conceptio Sancta. Ergo Immaculata.* fol: 129.  
**E**x Sancto Augustino rationibus desumptis probatur Immaculata Conceptio B. V. fol: 51. & seq.

**B**

Basileensis Concilii Decretum pro Immaculata Conceptione factum est prævia magna deliberatione, comprobatumque miraculis. fol: 167. & seq.

Bellarmini Cardinalis Elogium. fol: 211.

S. Bernardus tuetur Illibatum Conceptum B. Virginis. fol: 64. Ad Objectionem ex illius Epistola 174 desumptam, respondetur sufficierter quadrupliciter. fol: 57. & seq. Eum apparuisse cum macula post obitum, dissonat veritati. fol: 63. Ex illo non recte quandoquæ Textus nonnulli allegari solent. fol: 46.

S. Brigittam legitime esse Canonizatam, est extra omne prudens dubium. fol: 118. & seq. Illi etiam revelata est Immunitas Beatae Virginis à labe originali. fol: 115. & seq. Ejus Revelationes pluribus ex titulis in pretio habenda sunt. fol: 116. & seq.

**C**

Cajetanus, unde sic dictus? fol: 2. Estne Auctōr Opusculi de Conceptione B. Virginis? fol: 3. Ejus Propositiones quædam crudæ: inter alias Propositio XI. fol: 78. & XVI. fol: 91. & XVI fol: 92. & XX. fol: 115. Item fol: 119.

S. Catharinæ Senensi nulla est facta Revelatio de Conceptione maculata Beatae Virginis. fol: 109. & seq. Oratio item de maculata Conceptione non est Sanctæ Catharinæ, vel debite explicatur. fol: 112.

Conce-

¶) O(¶

Conceptio est duplex. *fol. 57.* & *fol. 141.* In Conceptione passiva etiam materiali Beata Virginis, nullum fuit peccatum. *fol. 62.* In instanti Conceptionis formalis, quantisnam donis ornata fuit Beata Virgo? *fol. 86.* & *fol. 88.* Formalis Conceptio Beatae Virginis, quanam die contigit? *fol. 141.* & seq. Conceptio Immaculata non diffitetur Sanctificationem Beatae Virginis. *fol. 143.* & seq.

D

S. Dominicus fuit Defensor Illibatae Conceptionis Beatae Virginis: & alii Sancti ex hoc Saero Ordine. Nec non Celebres plurimi Antiqui & recentiores Thomistæ. à *fol. 196,* ad *fol. 204.* Quotnam ex illo celeberrimo Ordine assumpti ad Summum Pontificatum: ad Cardinalitiam Purpuram: ad Archipræsuleas & Præsuleas Insulas? *fol. 196.*

E

Ab Ecclesia potest definiri Immaculata Conceptio. *fol. 206.* Imo est proximè definibilis, & definiendam, probabilissimum est. *fol. 208.* & seq: Ecclesia satis multa, ut certa, tenet de B. Virgine, quæ de illa non asserit clare Sacra Scriptura. *fol. 41.*

F

Festum Conceptionis Beatae Virginis, quia celebrat Ecclesia, recte inde infertur, Conceptionem Ejus esse Immaculatam. *fol. 133.* & seq: Responsiones Adversariorum convelluntur. *fol. 130.* & seq: Quandonam hoc Festum celebrari cœpit in Ecclesia Græca & Latina? *fol. 137.* & seq: Cur Octavâ Decembbris celebratur? *fol. 139.* & seq: Lutæri judicium de illo Feste. *fol. 136.* Clemens XI præcepit, ut in tota Ecclesia, dies Conceptionis sit dies festus solemnis & feriatus. *fol. 138.* & seq.

G 82

Fl 2-

Flavius Dexter cuiusnam Auctoritatis? fol: 46. & seq.  
Florentinum Concilium non adversari pia Sententiæ, demonstratur.  
fol: 165.

## G

Gratia Sanctificans quām intensa fuit collata Beatæ Virgini in Eius Conceptione, & in Eius termino vitæ? fol: 86. & seq.

## H

S. Hieronymi dictum illud. *Ingemiscens Orbis Terrarum, Arianum se esse miratus est.* rectè explicatur. fol: 155.  
Hispanioli judicium erroneum, nec non Erasmi & aliorum de Quæstione circa Immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis. fol: 17.  
& 19. & seq.

## I

S. Jeremiam Prophetam esse propriè Sanctificatum in utero, non est omnimodè certum. fol: 159 & seq.  
S. Ignatius fuit intensè affectus Immaculatæ Conceptioni, ab Eoquè fundata Societas JESU. fol: 150. & seq.  
Inconvenientia multa sequuntur ex Opinione minus pia. Nullum autem ex Sententia pia. fol: 158. & seq.  
Indulgentia concedi potest pro opere bono licet non certo ex fide. fol: 205. Indulgentiæ sunt collatæ amplæ Fidelibus, ut allicantur ad amplectendam Piam Sententiam. fol: 206. Indulgentia centum annorum concessa est pronuntiantibus piè hæc verba. *Benedicta sit purissima & Immaculata Conceptio Beatæ MARIAE.* fol: VIII. in fine Libri.

Joannis primi Regis Aragoniæ, nec non ejus Successoris Martini I. Diploma laudatissimum pro Immaculata Conceptione. f. 122. & seq.

V,

L

V. Pater Laines Societatis IESU, Advocatus singularis fuit in Concilio Tridentino Immaculatae Conceptionis: depellitur ab eo prodigiose ægritudo. fol: 100. & fol: 212. Contra hanc prodigiosam depressionem, Objectio refellitur. fol: 105.

V. P. Lancicij S. J. Responsio notabilis ad Objectionem petitam ex Oratione S. Catharinæ Senensis. fol: 113. & seq.

Leo Imperator scripsit Orationem de Conceptione B. Virginis. f. 121. Libellatorum nomine quidnam intelligitur? fol: 3. Eorundem Propositiones erroneæ; præsertim VII. fol. 47. & XVI. fol. 92. Item XXII. fol 125.

M

B. Virginis MARIAE ætas quotnam continebat minuta? fol: 25. Est redempta excelle ntissime à Christo Domino. fol: 32. & seq: Magis probabile est, quod nec proximum contraxerit debitum, incurriendi peccati originalis. fol: 34. & seq. Recitatatio Orationem Dominicam? fol: 51. In quo sensu dicitur Beata Virgo esse mundata? fol: 49.

Mauritius Episcopus cur prohibuit celebrari Festum Conceptionis B. Virginis? fol: 84.

Miracula multifaria vera recensentur confirmativa Immaculatae Conceptionis. à fol: 93. ad fol: 104. Falsa quædam prodigia habet Opinio contraria. fol: 105. & seq.

N

NeoCastrius Falsarius fol: 4. & 90. Ejus Propositiones graviter erroneæ, præsertim fol: 106. & seq: & fol: 120.

Nogarolicum Officium de Immaculata Conceptione approbatum est à Sixto IV; & cur Pius V aliud Officium in locum ejus substituit? fol: 189. & seq. Officium parvum Immaculatae Conceptionis Innocentius XI non sustulit. fol: 192.

Opini-

(P) O (P)

O

Opinionis minus piæ nomine: vel Opinianis rigida: item nomine  
Sententia piæ, quidnam intelligitur? fol. 5.

Ordines omnes Sacri propugnant piam Sententiam. fol. 148. &  
seq.

Originale peccatum in quo consistit? Est aliquomodo gravius, quam  
Actuale mortale. fol. 22. & seq. A labe Originali præservatio est  
eximia prærogativa. fol. 24. & seq.

P

Sancti Patres tuentur piam Sententiam. fol. 27, & seq. Item f. 43.  
& seq.

Pauli V. Responsum notabile. fol. 127.

Pontifices omnes Summi post Sextum IV plurimum favent Immacula-  
tae Conceptioni. fol. 145. & seq. & fol. 161. & seq. Locuti de Im-  
maculata Conceptione non recitativè, sed dispositivè. fol. 186. &  
seq. Nullus Pontifex Opinionem minus piam declaravit esse pro-  
babilem. fol. 188. Pontificia Bullæ in hac materia non sunt  
adulteratae. fol. 125. & seq. Pius V favet piæ Sententia. f. 194.

Q

Quæstio de Immaculata Conceptione est utilis. à fol. 17. ad fol. 20.  
Agitata coram Sixto IV, & Concilio Tridentino, & Parisiis. fol.  
19. & seq. Nec non in Concilio Basiléensi. fol. 168. Non est  
silentio involvenda hæc Quæstio. fol. 17. & seq.

R

Rhamni Nomine quisnam intelligitur? fol. 4. Propositiones ejus  
scandalosæ, & detestandæ. fol. 149. 158. 170. 173

P. Raynaudus S. J. quisnam fuerit? fol. 4.

Rodriquez Soc. J. Cultor insignis Conceptionis Immaculatae. fol. 193.

Sam-

S

S

**S**amsonis Nomen inditum à Sixto IV cuidam Religioso ob strenue  
propugnatam Immaculatam Conceptionem. fol. 20.

Scotus Doctor Subtilis persvasit piam Sententiam Academiae Pari-  
sensi. fol. 83. Nomen Victoris cur ipsi inditum? fol. 20. Sta-  
tua B. Virginis miraculose se inclinat Scoto. fol. 95. Ejus Ar-  
gumentum pro Immaculata Conceptione. fol. 177. De violen-  
ta ejus morte, mera fabula est. fol. 182. & seq. Fundamentum  
hujus fabulæ, unde? fol. 185. Epitaphium quod positum erat  
supra sepulchrum Scotti. fol. 184. & seq.

Scriptura Sacra non contrariatur piæ Sententiæ. fol. 29. & seq. Imo  
ei plurimum favet. à fol. 36. ad fol. 41.

Scriptores de Immaculata Conceptione sunt plurimi. fol. 17. & seq.  
Sententia piæ jam non est Opinio, nec nova. Antiquitas ejus demon-  
stratur. fol. 26. & seq. Olim dicebatur: *Opinio Minorum*. fol.  
149. Nec est de fide. fol. 215. & seq. Oppositorum piæ Senten-  
tiæ non potest definiri. fol. 210. & seq.

Societas Jesu instituta etiam est inter alia, ad defensionem Imma-  
culta Conceptionis. fol. 193. & 151.

T

**S.** Thomam fuisse Defensorem piæ Sententiæ, probatur fuse à fol. 65,  
ad 77. Cum solutione objectionum contra. Et dato non con-  
cesso, Eum elīm sensisse oppositum, certum tamen est, si nunc in  
terris viveret, piam Sententiam amplecteretur. fol. 79. & seq. In-  
signe ejus demissionis exemplum. fol. 80. & seq. Quando & quo  
ātatis Annō obiit? fol. 82. An scripsit Librum Retractationum?  
fol. 74. Cur tempore S. Thomæ docebatur Parisiis oppositorum piæ  
Sententiæ? fol. 83. An aliquis Papa, definivit quidpiam contra-  
rium Sententiæ S. Thomæ? fol. 210.

Tridentinum Concilium plurimum favet piæ Sententiæ. fol. 30.  
& seq. Item fol. 170 & seq. Pluribus ex titulis est celeberrimum.  
fol.

*fol: 172.* Concertatio notabilis in Concilio Tridentino de Immaculata Conceptione. *fol: 212.* Cur in illo non definita Immaculata Conceptio? *fol: 213.*

Turcarum sensus de Conceptione B. Virginis. *fol: 156. & seq.*  
P. Turrianus S. J. effecit, ut restitueretur Festum Præsentationis Beate Virginis. *fol: 191.*

U

P. Velasquez S. J. Vir quantus? *fol: 5.*

## Menda quædam Typothetica sic emenda.

Paginâ 41. versu 2. lege Quidni etiam. p. 48. v. 2. l. incipit p. III.  
v. 15. l. habuisse. p. 116. v. 14. l. tradidisset. p. 119. v. II. l. meritò.  
p. 146. v. 8. l. animosius. *Ibidem* v. II. l. merita. *Ibidem* v. 22. l. Ambrosii. p. 151. v. II. l. per modum quæsti. p. 156. v. 15. l. Decreta.  
p. 157. v. 2. l. dicit. p. 182. v. 23. l. ejusmodi. p. 185. v. 17. l. annuit.  
p. 186. v. 7. à fine l. afferere. p. 203. v. 6. à fine. l. Decretum ejusmodi.  
p. 212. v. 4. à fine. l. Ratiocinatio.



BIBL. JAH.

na-  
na-  
ate  
  
III.  
to.  
m-  
ta.  
it.  
if.

*Kopschynska*

**KSIEGARNIA**  
AN TYK WARIAT



E    \*    184495



